
Caxon 3.º Colat.l Leg.º 1. N.º 2.º

Copia autentica de las constituc.s del Colegio = de las Bulas de ereccion = y de los testamentos de N.ro S.to Amo = Este es el original de las Constituc.s impresas =


Copia autentica de los Estatutos de la Univ.d q.e hizo el S.or Campos año del 518 =

Copia de los Estatutos del Colegio hechos por el M.tro Navarro.





Constituciones
Collegii sancte
Marie De Jesu



+

Tabula Constitutionum collegij ac studij Sancte marie de Ihu ciuitatis hispalen. editarum auctoritate aplica a prothonotario Roderico a Santa Elia Artium et sacre theologie magistro. Arch.° de Reyna ac Can.co mahna. ecclia hispalen. prefati Collegij fundatore .·. —— .·. ——

Aniversaria dicenda

9

Constitutio Quinquagesima quarta Quod nemo sine collega extra collegium exeat :— :—

Constitutio quinquagesima quinta Quod semper servetur silentium presertim in choro Refectorio et capitulo et pulsatione instrumentorum musicorum aut Coree in collegio inhibentur :— :—

Constitutio Quinquagesima sexta de ludo vitando :— :—

Constitutio quinquagesima Septima De murmuratione et contentione vitandis in Refectorio et coquina vel alibi et de pena eius qui non obedierit Rectori multanti aut negata portione Rapuerit et quid agendum si contentio inter Rectorem et aliquem de collegio acciderit :— :—

Constitutio quinquagesima octava. ne quis Rectorem conuitio afficiat—

Constitutio quinquagesima nona De concordia ponenda inter Rixantes et de pena infligenda fouenti partem alterius Rixantium :—

Constitutio sexagesima De conseruatione pecuniarum et instrumentorum et aliarum scripturarum collegij et de inuentarijs fiendis de Rebus collegij :— :—

Constitutio sexagesima prima de custodia bibliotece et librorum et apponantur tabulle in quibus omnes libri per ordinem conscribantur et de punitione illius vel illorum Qui de ea aliquid furtiue subtraxerint :— :— :—

Constitutio sexagesima secunda de pena furtiue inuadentium Res collegij

Constitutio sexagesima tertia de custodia Rerum collegij et eius in dem... seruanda ac pena inuadentium eas :— :—

Constitutio sexagesima quarta De prouisionibus opportuno tempore faciendis :— :—

Constitutio sexagesima quinta de solicitudine per Rectorem et consiliarios exhibenda circa debita collegij Recuperanda :— :—

Constitutio sexagesima sexta de possessoribus collegij visitandis per Rectorem et collegiales et pena negligentibus imponenda :·

Constitutio sexagesima septima quid sit agendum si ultra expensas ordinarias et extraordinarias de bonis collegij aliquid superfuerit

Constitutio sexagesima octava quis ordo sit tenendus si redditus et proventus collegij contingat externari :· —— :·

Constitutio sexagesima nona de ratione administrationis reddenda per Rectorem et consiliarios in festo omnium sanctorum et in fine cuiuslibet anni :·

Constitutio septuagesima. Operantes [illegible] lite moveantur a scientibus et nisi se correxerint Rectori fiat denuntiatio :· —— :·

Constitutio septuagesima prima de punitione facientium vel dicentium facta vel verba diffamatoria vel iniuriosa de collegio vel de personis eius et si votorum varietas fuerit in penis delinquentium quomodo arbitrandum sit :·

Constitutio septuagesima secunda de punitione illius qui dixerit se audisse aliquid de aliquo ex quo infamia facti possit oriri et non probaverit a quo audierit :·

Constitutio septuagesima tertia de pena infligenda portantibus arma et quod Rector cum consiliarijs possint dispensare ut portentur iusta subsistente causa :·

Constitutio septuagesima quarta de pena infligenda percutientibus exteris cum armis :· —— :·

Constitutio septuagesima quinta de punitione arripientium gladium vel aliud simile animo offendendi collegam vel percutientium cum eis :·

Constitutio septuagesima sexta de punitione eorum qui domi vel extra procedunt ad verbera sine armis vel tale aliquid committentium in alicuius auxilium :·

Constitutio septuagesima septima de pena Rectoris et consiliariorum si negligentes fuerint ultra triduum in penis infligendis :· —— :·

Constitutio septuagesima octava. De punitione murmurantium contra Rectorem vel consiliarios propter executionem penarum. Et a quibus et quo tempore debent gravati petere iustitiam suam .:

Constitutio septuagesima nona. Quis recursus si Rector aliquid iniuste mandaverit .:

Constitutio octuagesima promisso contra Rectorem statuta huiusmodi non observantem vel non facientem servari vel bona collegii male administrantem. Nec non contra obicientes et deficientes improbate predictorum .: .:

Constitutio octuagesima prima. Quod nullus per transgressionem aut omissionem horum statutorum incurrat penam periurii nisi in casibus expressis per hec statuta. Et quomodo consignentur sex exemplaria .:

Constitutio octuagesima secunda. Qui et quales esse debeant visitatores et de modo quem in ipsa visitatione tenere debent .: .: .:

Constitutio octuagesima tertia. De visitatione et tempore quo fieri debeat et de punitione per visitatores fienda. omnibus exclamatione et appellatione exclusis et quid si visitatores aliquid ultra potestatem horum statutorum vigore sibi concessam voluerint usurpare aut se amplius intromittere sit faciendum .: .: .: .: .:

Constitutio octuagesima quarta in qua reservat sibi conditor eorum quicquid in dictis constitutionibus addendum diminuendum seu interpretandum vel mutandum fuerit. Declarans modum quo dicte constitutiones obligant .:

Constitutio octuagesima quinta. Ubi rogantur gubernatores et Rectores civitatis hispalensis ut collegium foveant et ipsum a malivolis et invasoribus pro viribus tueantur .: .: .: .:

Constitutio ordinaria 6ma sexta de licentia augmentandi unum collegialem vel unam capellaniam ultra predictum numerum & recipiendi suos nepotes ad mores suum collegij certo modo .·. — .·. — .·. —

Bulla institutionis dicti collegij cum prerogativis & libertatibus & annexione aliquorum prestimoniorum .·. — .·. — .·.


Bulla Apostolica secunda collegij de annexione trium beneficiorum & aliarum facultatum et prerogativarum eidem collegio concessarum


Testamento y ultima voluntad en vulgar que hizo el dicho señor Arcediano maestre Rodrigo al tiempo que fallescio .·. — .·. —

Aliud testamentum eiusdem Domini magistri Roderici de Sanctaella Archidiaconi de Reyna fundatoris dicti collegij sancte marie de Jhesu in sermone latino .·. — .·. — .·. — .·. — .·.

Consequenter ponuntur statuta studij et universitatis numero xiiij.

Consequenter ponuntur statuta magistri navarri quo numero xx^j. sunt





JOANNES gundisalui prior monasterij Sancti Jacobi de
Spata hispalen. Iudex apostolicus Conseruator collegij Sancte marie
de Ihu in hac nobilissima ac fidelissima Ciuitate hispalen per Reue
rendum Bone memorie Dominum dominum Magistrum Rodericum a
S.ta ella artium & sacre theologie magistrum sedis apostolice prothonotarium
Archidiaconum de Reyna et Canonicum in s.ta ecclia hispalen
fundati Virtute sub inserta Literarum Apostolicarum nobis Cum quibusdam
alijs nris in hac parte collegis per felicis Recordationis Julium papam
Secundum Directarum — **Vniuersis** & singulis presentes
Litteras siue pns publicum transumpti instrumentum inspecturis Lecturis
visuris pariter & audituris. salutem in dno & presentibus fidem.
indubiam adhibere. Noueritis Quod ad Reuerendi Domini fer
dinandi Ruiz de hoseda prefate Sancte ecclie hispalen portionarij
Dictique collegij administratoris ac ipsius fundatoris testamentarij seu
Suorum Testamentorum executoris instantiam & Requisitionem
omnes et singulos sua Communiter & diuisim Interesse putantes eorumque
procuratores si qui tunc erant in dicta ciuitate hispalen pro eisdem
ad uidendum & audiendum quasdam Litteras apostolicas originales felicis
Recordationis Julij pape secundi eius vera bulla plumbea. vnam. vz.
gratiosam. in filis siricis Rubei croceique colorum. Alteram vero execu
toriam in cordula Canapis more Romane Curie Impendentem bullatas
Nec non quasdam Constitutiones seu statuta Dicti collegij Ac
quedam Testamenta. vnum. vz. verbis latinis scriptum alterum vero
Vulgariter dictatum manuque ipsius fundatoris scriptas seu scripta
ac Dicta testamenta subscripta & per notarios Publicos
Apostolicos signata & in publicam formam. Reddata Produci &
Recipi et postquam producte forent ad uidendum & audiendum
ipsas & ipsa transsumi exemplari auctentizari publicari & in

Publicam . Formam Reddere mandari auctoritatemque et decretum
nostrum per nos interponi vel dicendum et causam si quam haberent ||
Rationabilem Quare premissa Fieri non deberent allegan
dum per nostras patentes litteras nostro ac infrascripti Notarij ||
nominibus subscriptas nostroque sigillo munitas ad valvas seu ||
portas prefacte Sancte ecclesie hispalen dictique Collegij ||
affigendas Per edictum publicum . per publicum notarium Debite
executioni demandandas citari Fecimus et mandavimus ad Certum
peremptorium terminum Competentem . videlicet . ad diem et horam
infrascriptos Quibus advenientibus Comparuit in iudicio Coram
nobis . Dictus Reverendus Dominus Ferdinandus Ruiz de
hojeda portionarius prefactus administrator dicti Collegij et eius
nomine et dictas litteras citatorias inducta audientia Demonstro nostro
executas prout de earundem litterarum executione per publicum instrumentum
Legitima nobis extitit Facta fides . facto Representavit Quarum
quidem litterarum De verbo ad verbum inter petratorum et traductorum talis in
sermo tenor omnino est . Joannes gundisalvi prior monasterij
Sancti Jacobi de spata hispalen . Judex apostolicus Conservator .
Collegij sancte marie de Jhesu in hac nobilissima ac Fidelissima Civi
tate hispalen per Reverendum . bone memorie Dominum dominum .
magistrum Roderici a Sancta ella Artium et sacre theologie
magistrum Sedis Apostolice prothonotarium Archidiaconum
De Reyna et Canonicum in sancta ecclesia hispalen fundati
vigore quarundam Litterarum Apostolicarum nobis Cum quibusdam
alijs nostris in hac parte collegis perfelicis Recordationis Julium ||
Papam Secundum Directarum . Citamus et per presens ||
publicum edictum valvis seu portis alme ecclesie hispalen ac collegij ||

Sancte marie de iesu istius Ciuitatis hispalen per publicum notarium affigendum Citari mandamus omnes et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes eorumque procuratores si qui sunt in presenti ciuitate hispalen pro eisdem Ut infra sex dierum spatium post affixionem presentium nostrarum litterarum compareant Coram nobis legitime impeditio in monasterio nostro prefato hora vesperorum ad videndum et audiendum quasdam litteras apostolicas originales felicis Recordationis Julij pape secundi eius vera bulla plumbea. Unam. videlicet. gratiosam. unionis et annexionis quorundam beneficiorum ecclesiasticorum dicto collegio Necnon priuilegiorum immunitatum libertatum exemptionum et aliorum gratiarum per dictum dominum Julium papam secundum concessarum. filis siricis Rubei Croceique colorum. Alteram vero executoriam Cordula canapis more Romane curie impendenti bullatas. Nec non quasdam constitutiones seu statuta dicti collegij per prefatum dominum fundatorem conditas seu condita manuque propria scriptas seu scripta Ac quedam publica testamenta seu ultimas voluntates ipsius fundatoris. unum. videlicet. verbis latinis. scriptum alterum vero Vulgariter dictatum et per notarios publicos signata manuque propria subscripta ipsius testatoris. Coram nobis per Reuerendum dominum ferdinandum Ruiz de hojeda sancte ecclesie hispalen portionarium dictique Collegij administratorem ac ipsius fundatoris testamentarium. seu suorum testamentorum. ultimarumque voluntatum. executorem produci et Recipi et postquam producte fuerint ad videndum et audiendum ipsas transumj

Exemplari Collationari Auscultari Publicari et in publicam transumpti formam Reddegi mandare Auctoritatemque et decretum nostrum per nos interponi. Vel dicendum et causam si quam habeant Rationabilem Quare premissa minime fieri Debeant allegandum.. Alioquin Dictorum Citatorum Contumatia seu absentia in aliquo non obstante ad premissa omnia et singula prout Juris fuerit et Rationis instante dicto Domino portionario et administratore procedemus. Dat. et actis in Dicto monasterio nostro. ultima die decembris Anno a natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Decimo octavo. Jo. por. Sancti Isauli hispalen. De mandato Dicti domini prioris Judicis apostolici. R. Dementiel Apostolicus notarius

Citatorumque in eisdem litteris Contentorum non comparentium contumatiam accusauit ipsosque Contumaces Reputari et in eorum Contumatiam prefatas litteras apostolicas ac Constitutiones seu statuta testamentaque predicta sub tenore infrascripto exhibuit atque Dedit quas et que transumi exemplari auscultari publicari et in publicam formam Reddegi mandari auctoritatemque et decretum nostrum interponi per nos instanter postulauit - Nos tunc prior ac Judex apostolicus Conseruator prefatus Dictos citatos non comparentes Reputauimus non immerito prout erant Quo ad actum et terminum huiusmodi id suadente Justicia Contumaces et in eorum Contumatiam supra Dictas litteras Apostolicas Ac Constitutiones seu statuta predicta nec non testamenta ad manus nostras Recepimus vidimus Legimus. tenuimus palpauimus et diligenter Inspeximus Dictasque litteras. apostolicas

Sanas integras et illesas ac omni prorsus vitio et suspitione care-
re ac constitutiones seu statuta predictas. Licet cum aditionibus
et aliquibus emendationibus in marginibus et aliis earundem //
partibus manu tamen dicti domini fundatoris prefati collegii
scripta seu scriptas et dicta testamenta seu ultimas voluntates
etiam manu propria subscripta et per notarios publicos apostolicos
et autenticos signata prout plenarie ex informatione et
depositione testium fidedignorum medio juramento per
nos ab eisdem solenniter recepto esse reperimus ipasque litteras
apostolicas ac constitutiones seu statuta ac testamenta predicta
ad dicti domini Ferdinandi Ruiz de Hojeda portionarii et
dicti collegii administratoris instantiam ulteriorem per notarium
publicum infrascriptum transsumi et exemplari auscultari
collationari publicari et in publicam transsumpti formam
redegi fecimus et mandavimus. Volentes et de-
cernentes quod presenti nostro transsumpto publico decetero ubique
locorum in judicio et extra stetur illique detur et exhibe-
atur talis et tanta fides qualis et quanta dictis originalibus
litteris apostolicis ac constitutionibus statutis et testamentis
predictis daretur et adhiberetur daturque et adhibetur si in
medium exhibite fuissent vel ostense. Huiusmodi vero consti-
tutionum seu statutorum ac litterarum apostolicarum necnon
testamentorum huiusmodi tenor de verbo ad verbum unus
post alium sequitur et est talis :— —: — — :—

et est supra rasum scriptum ubi dicit daturque et adhibetur valeat

Constitutiōes collegij ac studij. s. m. de jhu.

Ciuitatis hispalensis edite Auctoritate aplica a Prothonotario Roderico de sta elia Artium et sacre theologie Magro Archidiacono de Reyna ac Canonico in Alma ecclia hispalen prefati Collegij fundatore. in quibus sequitur prohemium cum Amonitione.:-

Rodericus ferdmandus a Sancta Elia Artium et sacre theologie Magr. Sedis aplice Prothonotarius. sancte hispalen ecclie Canonicus. et Archidiaconus de Reyna. atqz ad infrascripta Comissarius seu Delegatus aplicus Vniuersis Rectori et Consiliarijs ac Collegialibus et Capellanis ceterisqz familiaribus Collegij Sancte Marie de ihu. in Nobilissima ac fidelissima vrbe hispali fundati: tam presentibus qz futuris et Alijs quibuscumqz qs infrascripta statuta tangunt. vel quomodolibet tangere poterunt infuturum Salutem et nrorum ymo verius aplicorum obedientiam mandatorum.:-

Si quis fratres ac filij in xpo charissimi sepe animo voluerit illam dni sniam: qua seruum pigrum de seruata sibi pecunia quam ad erogandum susceperat dnus increpauit dicens. Tu dedisses pecuniam meam et ego veniens cum vsuris exegissem illam. haud surdus auditor extiterit collata sibi diuinitus munera: non humi suffosa aut suis vsibus dumtaxat Reseruata recondat. Quinimo suis proximis prerrogando: et copiosis abundabit lucris et securius ea possidebit. Implebitqz illud quod Sapiens ait. Vnicuiqz mandauit deus de proximo suo. Nam quemadmodum pulchra arbor pomisqz refferta: nō infructuose dum viuit terram occupat: quum perseipsa pomis ornatur: et sapientium ex ea fructum vsui vtilitatiqz conducit. Sic xpi seruos facere qz maxime decet. Ad quam rem nos excitat sps sanctus per Joannem in Appocalipsi dicens. Sponsus et sponsa dicunt veni. et qui audit dicat veni. et diuus Apls bonorum omnium Magr. quum dicit quoniam in hoc ipso xps mortuus est: ut hij qui viuunt iam non sibi viuant. Sed ei qui pro ipis mortuus est. et alibi. Non que sua sunt singuli considerantes: sed que aliorum. et iterum. Nemo quod suum est querat: Sed quod alterius. & paulo post. Non querens quod mihi vtile est: sed quod multis. Vnde singulorum infirmitates ut proprius eis subueniret sentiebat. quum inquit. Quis infirmatur: et ego nō infirmor Hec igitur omnia Animo versantes cernentesqz quomodo in omnibus

fere parabolis ille carpitur qui pecunia sibi diuinitus data non probe est
usus. nam nec virgines fatue a domino repelluntur: quod aliena rapuerunt.
Sed quod sua non erogauerunt. nec qui talentum suffodit aliena inuasit: sed
ideo punitur: quia rem sibi negotij ac profectus gratia commissam non auxit.
nec qui esurientem preterierunt propter alienorum rapinam ineternum
cruciantur. Verumquia sua quemadmodum debuerunt: non seminaue-
runt. Denique cogitantes quod beatus pronunciatur a domino qui intelligit
super egenum et pauperem. Et illud animo repetentes thesaurizate
vobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea demolitur: et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Siquidem recondite vestes corrumpuntur.
Aurum erugine corroditur. frumenta marcescunt. quid plura? Cor po-
ssidentis hec atque seruantis maioribus indies curis quam erugine decoloratur.
atque tabescit. Christi brachio et clementia nixi quandoquidem supra
vires nostras opus erat cibum qui non perit operari: et thesaurum verum
celo condere. Ac de paruis magna: de vilibus preciosa: de caducis eter-
na: facere. Pia et humili fiducia tentauimus. Verum quoniam inter
calamitates humanas ignorantie egestas non minima iactura est: Ac
proinde etiam omnia que ab ea liberat fit ceteris utilior atque preclarior
Rursum ut urbi ac nostre prouintie Matri gratiam refferemus huic
pro virili nostra de paupertaticula nobis e celo credita subuenire studui-
mus. instituentes collegium istud: quo pauperes etiam pie exciperen-
tur: alimentarentur et in bonitate ac disciplina et sciencia instruerem-
tur et profficerent. Totumque hoc ad gloriam laudemque Christi Ihesu qui mi-
hi omnium infirmiori ac nouissimo id posse tribuit: formicamque in-
ualidam imitari iussit. Nec non diue genitricis eius Marie virginis
quorum titulis et domus et capella sunt insignita. Clericorum etiam paupe-
rum commillitonum nostrorum utilitatem qui ob angustiam reifamiliaris
haud facile emergere possunt nisi tali presidio freti quemadmodum no-
bis in collegio hispalensi. bononie per immortalis memorie Egidium
de Albornoz. Cardinalem Sabinensem fundato contigit. Cui nimirum propi-
tio et auctore deo filialis imitationis vicem cum usuris in eodem co-
mertio genere refferimus memores sapientis summe apud ecclesiasti-
cum dicentis intellige que sunt proximi tui ex te ipso. Verum enim

Vest inter lineas scriptum. Vbi dicit atque. valeat .:

uero quoniam minime ignoramus nihil in humanis nisi presidio dei munitum et Sanctarum legum ac obseruatione roboratum diu posse subsistere. non minus virtutis ac pacis sine quibus litterarum negotium minime constat quam edifficij ac dotis opulente rationem habentes ut ordine recto vota nostra suum sortiventur effectum. Apostolicam Sedem Consuluimus: et auxilium eius implorantes: obtinuimusque ab ea necessarias facultates ut videre licet per Apostolicas litteras quas in Archiuis Collegij recondi et conseruari iussimus. Quarum auctoritate suffulti instituta ista quibus appetitus noxius sub legis regula arceatur. Collegium istud honeste viuat: nemo in eo Alterutrum ledat. in paceque litterarum pia mater ac bone Conscientie nutrix est: assidue degat. Condidimusque digessimus (ordinauimus) et tam presentibus quam futuris in Collegio isto perpetuo Commorantibus inuiolabiliter obseruari Apostolica auctoritate qua in hac parte fungimur decernimus ac districte mandamus. Suscipiat igitur ea Amantissimi in Christo fratres ac filij Conmilitonesque mei pio affectu charitas vestra. eisque cum isthic degentis ad bene beateque viuendum et in sanctis moribus ac litteris profficiendum vigilanter vtatur. Que res si uti optamus et speramus in domino prospere succedat: haud dubie faciet ut et nos laboris mei vosque sanctorum studiorum vestrorum vna Apud Immortalem itum eterne vite preciosissimum Consequamur premium: quod vobis & mihi prestare dignetur Christus Iesus qui cum patre et Spiritu sancto viuit et regnat per infinita seculorum secula Amen. Dominus vobiscum.

Constitutio prima quod Domus predicta Collegium Sancte Marie de Iesu: et Capella in ea constituta. Sancta maria de Iesu nominetur.

In primis statuimus et ordinamus quod predicta domus que hispali vrbe nobilissima ac fidelissima prope portam xericij sita est. Collegium sancte Marie de Iesu. et Capella in ea constructa Sancta maria de Iesu nominetur. Quia ob Iesu et gloriosissime virginis marie genitricis eius amorem ac Reuerentiam est condita.

Constitutio secunda quot esse debent Collegiales et Capellani et Alij Ministri. et quod sit eis vnum caput. qui Rector vocetur. et qui de corpore Collegij fuerint omnino sint clerici et quot Theologi quot

ue Canoniste esse debent: et quod ad unam harum scientiarum semel admissus ad aliam nullatenus se possit transferre .:-

Item ordinamus et statuimus quod dictum Collegium constet ex quindecim studentibus s. undecim Collegiales et quattuor Capellanis. Verum quoniam iuxta Sapientis sententiam ubi non est gubernator corruit populus et Communitas sine Rectore est tanquam nauis sine gubernatore que cito yt pessum. Volumus quod ex his quindecim unum caput qui Rector Collegij nuncupetur alijs presit. habeatque Collegium unum Economum seu maiordomum. et unum Dispensatorem. Coquumque unum: et subcoquum: ac tres famulos ad commune seruitium Collegij deputatos: quorum unus Janitor existat. et sic erunt omnes numero viginti duo. Quorum quindecim constituent corpus Collegij. Economo. Dispensatore et Coquo. et subcoquo. ac tribus famulis exclusis. proinde volumus et districte precipimus quod tam Rector quam alij decem qui cum Capellanis corpus Collegij facient omnes sint clerici ordinis sancti petri. et saltem prime tonsure. Nam mere laicum solutum aut desponsatum aut uxoratum et Religiosum cuiuscumque ordinis vel habitus aut professionis etiam militaris existat nullatenus admitti volumus .:-.:-.

Economus. / dispesator. / famuli / coquus. / subcoquus / Janitor

prima tonsura.

Ordinamus preterea et volumus quod ex dictis quindecim Decem necessario indulgeant theologie. et quinque iure Canonico. Addijcientes quod tam collegiales quam Capellani ad Alteram dictarum scientiarum semel admissus ad aliam nullo pacto se possit transferre. qualicumque etiam dispensatione munitus. quod si quod absit Aliquis contra fecerit ipso facto sit omni Jure quod ad collegium habuerit priuatus. et Rector ac Consiliarij cum toto collegio sub pena periurij die eadem qua notorietate facti constiterit eum a collegio expellant .:-

Constitutio tertia de Juramento prestando Ante electiones ad euitandum subornationes .:-.

Ceterum quia experientia docente didicimus quod maxime in hac hispalensi ciuitate ubi per importunitatem tam Dominorum quam dominarum etiam quam beneficiatorum huius Sancte ecclesie et aliorum Ciuium sepenumero iudicium subuertitur: et eligendorum merita falluntur. ac precibus et fauoribus: ne dicam precio cuncta iusta et honesta quam maxime perturbant. Volentes eiusmodi veneno ne collegij corpus inficiat et corrumpat salubri anthidoto subuenire. statuimus et ordinamus quod si compertum fue-

est interlineas scriptum. Vbi dicit et. et Vbi dicit etiam. Valeat .:-

3

rit quempiam pro Aliquo eligendo in Rectorem vel Capellanum vel Collegialem vel lectorem directe vel indirecte secrete vel publice aliquem de electoribus Rogare vel quocumque quesito colore vel precio eum subornare vel corrumpere ut ei faveat aut prestet votum suum cuiuscumque dignitatis status aut conditionis sit ipse Rogans. penam excommunicationis maioris ipso facto incurrat A qua nisi per Summum Pontificem vel per habentem ab eo sufficientem facultatem minime possit absolvi. vel etiam si ipse eligendus pro se ipso aliquem de electoribus Rogaverit. constito per duos vel tres legitimos testes Juratos & examinatos de veritate ultra penam excommunicationis maioris quam ipso facto Incurrat sit ipso facto inhabilis. i. pro illa vice non possit eligi. & si post electionem et admissionem ad Collegium etiam quocumque intervallo transacto. tale nephas commisisse in suo ingressu constiterit ultra penam periurii & excommunicationis quam incurrat. de collegio protinus expellatur. et tam in foro conscientie quam in contentioso teneatur Restituere collegio impensas quas Ante expulsionem ei Rapuit. :-

Et ut hec adeo necessaria dispositio districtius observetur. Precipimus quod electus Ante quam admittatur ad Collegium Juret in manibus Rectoris presentibus consiliariis quod per se nec per alium directe aut indirecte occulte vel publice neminem subornavit Aut prece vel precio vel aliqua spe seu utilitate aut gratia corrupit. Proinde ut hec sanius et comodius peragi possint districte etiam precipimus quod quilibet elector Juret quod in electionibus tractandis vel exequendis quempiam alium electorem per se vel alium precio aut prece aut quavis subornatione verbali aut in scriptis non subornabit. aut pro aliquo quovismodo Rogavit. nec ei qui per se vel alium Rogaverit votum suum prestabit. nec Alicui ex se opponentibus aut aliis pro co votum suum pollicebitur aut promittet. Vel Ante celebratam electionem Revelabit. Quod si quispiam elector huic nostre constitutioni contravenerit. Ultra sententiam excommunicationis quam sicut predicti Rogantes et eligendi ipso facto incurrat. tota portione Collegii cum vestibus et insigniis necnon et distributionibus per unum integrum Annum privatus existat ita ut deinceps ab hora qua peccaverit in toto sequenti anno quicquid ex ipso Collegio vel prebenda perceperit ei Restituere teneatur. Et

insuper volumus hanc nostram Constitutionem obligare in foro Conscientie et ut in principio eius tactum est. ad electionem tam Rectoris quam Capellanorum et collegialium ac electorum extendi. Ceterum ne ignorantiam huius constitutionis in qua momentum et vita Collegij haud dubie Consistit quispiam pretendat. Mandamus quod Conscribatur in quadam tabella. et in ecclesia collegij in loco quo ab omnibus legi possit parieti inserta perpetuo maneat.:

Constitutio quarta de Electione Rectoris.: Et quanto tempore durare debeat

Const. 4a Rectorem vero omnes de Corpore Collegij in kalendis Januarij eligant. qui eligendus necessario clericus saltem prime tonsure sit. Quia solis clericis hoc Collegium divino favente presidio paravimus: et laicos secundum iura manet necessitas obsequendi clericis: non Auctoritas imperandi. Provideant autem electores ut —— virum eligant timentem Deum: etate maturum .s. qui Viginti quinque Annum attigerit: moribus probatum: prudentem in agendis: Dexterum in Reifamiliaris gubernatione. Providum in Administratione. sicut presidentem decet Solicitum. Ut quemadmodum ceteros loco et honore precedit: Sic etiam virtutibus antecellat. hic vero de corpore Collegij esse debeat. Modus autem eligendi Rectorem talis erit. Omnes dicti electores Convenient Die supradicta hora prima que interpellet pro hoc in Capella dicti Collegij: et clausis omnibus Januis collegij et ecclesie: et celebrata missa de spiritu sancto per alterum Capellanorum Presidens electionis .s. Antiquus Rector accipiat Missale in manibus et faciat quod singuli de Collegio qui votum in electione habebunt positis in missali aperto manibus Jurent per deum et sacra dei euangelia quod So-

iuramentum lum Deum ante oculos habentes. nec Amore aut odio neque timore aut propria utilitate seu pretio vel prece .l. alia quacumque Sinistra affectione a recto dei tramite deviantes eum in Rectorem eligent quem sciverint aut crediderint fore meliorem et Collegio utiliorem atque statutorum collegij observantiorem. Subinde teneat presidens Ante se in quadam charta Conscripta omnia nomina de Collegio qui dictam etatem viginti et quinque annorum attigerint tam Collegialium quam Capellanorum. et quilibet elector .s. Decimum octavum Annum nactus per suam cedulam eligat quattuor que cedule omnes includantur in capsa balotarum et inde extrahatur et legatur una cedula per illum Capellanum qui missam celebravit et presidens ponat puncta seriatim post nomina descripta cuicumque

Quod est supra Rasum scriptum. videlicet ecclesia et videlicet viginti et quinque.

nominato in cedula & sic fiat de alijs cedulis quousque nulla rema-
neat. Quibus cedulis sic finitis: legantur puncta cuiuslibet et illi quattu-
or qui plura habuerint puncta habeantur electi: quorum nomina iterum
bina ac bina separentur. et conscribantur et balotentur hoc pacto. s. quod Rec-
tor declarabit nominatim duos pro quibus mittentur balote albe: et
alios duos pro quibus nigre. Quibus secreto missis in Capsam quam dictus
Capellanus tenebit in manibus. Postea extrahentur et numerabuntur
in omnium presentia. & illi bini qui plures habuerint balotas. habeantur
electi. alijs duobus exclusis. propterea nomina horum duorum singulatim scri-
bantur in duabus parvis cedulis que rursus mittantur in foraminibus
duarum balotarum que demum includantur in capsam. & ibi pluries
agitentur et in presentia omnium extrahatur una balota per puerum qua-
driennem. et ille cuius nomen fuerit inclusum habeatur ac sit Rector
et ut talis necessario a presidente declaretur. Qui eadem hora. omni
excusatione et colore postpositis sub pena priuationis omnis iuris quod
in Collegio habet quam ipso facto incurrat: consentire et acceptare
teneatur. qui durare debeat per integrum biennium .:

Additio:

Sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnantes. intel-
lige hanc sententiam Decretalis cum multis alijs decretis in electionibus
ecclesiasticis que spiritus sancti inspiratione fieri debent. et in Rebus spiri-
tualibus non in nostris electionibus que ad sortem diuisoriam pertinet. ut
patet per Sanctum Thomam. secunda secunde. q. 95. ar. 8. quod licita
est secundum omnes nec prohibita dicto nec alio Canone .:

Item volumus quod etiam Absens possit predicto modo eligi. & si fuerit pro
negotijs Collegij missus post electionem eius predicto modo celebratam
eligatur pro eo unus vicerector per cedulas et expectetur donec veniat.
Si vero pro negotijs suis vel suorum. expectetur per bimestre. & si non ve-
nerit eligatur alius. et idem censemus de consiliario. Et ne Rector propter
curas multas quas in offitio sustinebit nimium forte grauetur.
volumus quod possit Aliqua de expediendis comittere alijs de Collegio tam
capellanis quam collegialibus qui [illegible] tenantur in his quemadmodum
in ceteris obedire. Proviso quod completo uno biennio per aliquem
Rectorem non possit eligi denuo: nisi transacto alio biennio. Sit amen

est supra [illegible] propria et interlineat [illegible]

Aliquod biennium interpolatum fuerit possit Reeligi modo supra-
dicto pro illa vice sicut alij .:.

Constitutio quinta de Iuramento Rectoris et obedientia ei pres-
tanda. et de consignandis Camera clauibus Collegij. et ceteris .:.

Quumprimum nouus Rector fuerit electus iurabit in Manibus Presiden-
tis in electione s. Rectoris Antiqui tactis sanctis euangelijs sub hac
forma. Ego. N. Rector Collegij Sancte Marie de Ihu. iuro per Deum
omnipotentem et gloriosam genitricem eius virginem Mariam. et
Sanctos Apostolos Petrum et Paulum. quod statuta dicti Collegij bona
fide iuxta possibilitatem meam inuiolabiliter obseruabo. et quantum in
me fuerit ab alijs obseruari curabo. et Alia his statutis contraria
aut ab intentione horum aliena: non solum non procurabo. Sed si quod ab-
sit sensero per Aliquem procurari Reclamabo: et pro viribus meis impe-
diam ac Resistam. nec eis unquam consentiam: etiam importune Requisitus
et quod dum vixero Reuelabo quam totius ac melius commode potero bona fide
Rectori et consiliarijs futuris omnia que sciuero bona fide notabiliter
Collegio fore nociua. Posthabitis Amicitia. odio. consanguinitate.
affinitate. gratia vel fauore cuiuscumque quem id negotium tangere
poterit. et nunquam contra collegium ero. nisi proprium ius prossequens
Commissumque mihi offitium et administrationem omni odio. precibus
precio et amore postpositis atque omni fraude et dolo exclusis fideliter
exercebo. Iura et libertates Collegij quantum possibile mihi fuerit de-
fendam: bonaque ipsius fideliter conseruabo. omnes introitus et exitus
hac prouentus impensasque dicte domus diligenter ac veraciter describam:
vel describi faciam ordinate: et a Collegio minime discedam nisi ratio-
ne omnium expensarum ac omnium bonorum Collegij et mee Administra-
tionis prius Reddita vel consensiente Collegio sufficiente cautione
prestita. ita me deus adiuuet et hec sacra dei euangelia. Quo facto
omnes et singuli de Collegio. s. tam Capellani quam Collegiales quam etiam lecto-
res et officiales ac famuli teneantur sub pena priuationis Collegij nouo
Rectori prestare tactis sanctis dei euangelijs iuramentum quod sibi pa-
reant in licitis et honestis. Quo prestito primus locus et Camere
claues Collegij omniaque alia que ad Rectorem expectant mandantur

Rectori consignetur per Antiquum Rectorem et per illos apud quos tunc temporis erunt .:. .:.

Constitutio Sexta quod Antiquus Rector consignet nouo Rectori omnia bona Collegij per inuentarium coram nouis Consiliarijs Et tam Rector quam Consiliarij noui custodi Consignationem subscribant .:.

Verum de ordinamus et precipimus quod Antiquus Rector infra tres dies a promotione noui Rectoris teneatur ei consignare omnia bona Collegij conscripta per inuentarium quod consignatum acceptatum et subscriptum per nouum Rectorem et Consiliarios Reponatur in Capsa dicti Collegij perpetuo seruandum. quod si in dicto termino inuentarium facere noluerint. moneantur vt sequenti triduo illud faciant. Si vero eo triduo facere contempserint ipso facto Absque vlla spe Collegio sint priuati. quam priuationem Collegiales sub pena prestiti Iuramenti exequi teneantur .:. .:.

Constitutio Septima De electione Consiliariorum .:.

Preterea quia iuxta sapientis sententiam ubi multa Consilia: multa salus ordinamus et statuimus quod celebrata electione Rectoris quam primum ad electionem Consiliariorum procedatur. hoc videlicet pacto. Prestito prius Iuramento de eligendo talem qualis officio consulendi conducat. Omnes de corpore collegij qui Decimum octauum Annum attigerint Cum nouo Rectori primo eligant per cedulas ex omnibus qui vigesimum Annum attigerint sex. s. quattuor teologos et duos Canonistas. que cedule examinentur et puntentur modo expresso in statuto de electione Rectoris. Quibus sex iam electis scribantur nomina theologorum in quattuor cedulis que includantur in quattuor balotis et mittantur in capsam et bene agitentur prius Ac inde per quadriennem puerum extrahantur due balote et illi duo theologi quorum nomina in eis inueniantur inclusa sint ipso facto pro illo biennio Consiliarij. et postea simili modo balotentur duo Canoniste. Et ille cuius nomen predictum puerum extractum fuerit in prima ballota habeatur pro illo biennio tertius Consiliarius. Quorum trium Consiliariorum vel saltem duorum votis Rector omnia que consultatione indigebunt expediet. Quod si forte Alio sequenti biennio vel pluribus quis eorum aut omnes dicto ordine eligi contigerit et eligi et esse possint .:.

Iur^m

Consiliarij

Constitutio octaua decima de Iuramento prestando per electos Consiliarios .:.

Postquam Consiliarij predicto modo electi fuerint prestent Iuramentum in manibus noui Rectoris tactis per eos manibus sacrosanctis euangelijs sub hac forma. Ego N. Iuro per deum omnipotentem et gloriosam eius genitricem Virginem mariam ac sanctos apostolos petrum et paulum et hec sacra dei euangelia. quod statuta huius Collegij bona fide iuxta possibilitatem meam seruabo et ut ab alijs de collegio seruentur totis viribus studebo ac officium mihi commissum tam in consulendo quam in executione Rectoris statutorum Ceterorumque negotiorum ad finem et utilitatem huius collegij Conseruandam omni odio amore precio acceptatione cessantibus fideliter exercebo. Sic me deus adiuuet et hec sacra dei Euangelia.

Consiliarij

Constitutio nona de electione Capellanorum

Approbo ordinationem constitutionis ... De iuramento prestando per electos Consiliarios [illegible]

Capellanum autem in hebdomodo per Rectorem & consiliarios &
Collegiales qui vocem habuerint secundum formam in electione collegialium
infra in Constitutione assignandam eligatur. hij vero esse debeant de Regno
Castelle largo sumpto vocabulo ut infra dicetur. Ex hispali autem urbe nemo
Recipi possit. Bethia tamen alijs & diocesim hispalenses alijs ceterarum
diocesium paritate data prefferantur. Qui sint honesti ac Deum timentes
et laudabilis vite ac [bone] conversationis et fame. Necnon litterarum cupidi. Ante
anud. et elig. vero eorum Receptionem examinent electores quam diligentissime preteritam
eorum vitam. et si de extra diocesim fuerint prudenter animadvertant
quod prout de iure tenentur habeant a prelatis suis legitimas et non sus-
pectas litteras testimoniales et celebrandi licentiam. Nam contingit sepe nume-
ro quod infamia et alijs laqueis Rescriptis a propria patria discedere coguntur.
ubi vivere nequentes. & in Remotis ubi eorum crimina non sunt nota di-
uinis se impudenter ingerunt. in suarum Animarum pregrave periculum
et jacturam. Quos Capellanos dum eorum offitium in Collegio durat. volu-
mus esse de corpore collegij et ad actus capitulares admitti. et votum eorum si-
cut et aliorum Collegialium valere. et vitam victum vestitumque cum cete-
ris habere communem. Inhibentes expresse ne quis Capellanorum servitium
habeat beneffitij vel Capellanie extra Collegium. ne Capelle collegij offitium
et profectus in sientia aliquatenus impediri possit. Permittimus tamen quod ca-
pellanus possit recipere Aliquas pitantias pro missis celebrandis in Colle-
gio. illis dumtaxat diebus quibus inibi celebrare non tenetur. Mandamus
etiam quod nullus Collegialis possit habere Aliquod servitium alicuius bene-
ffitij vel Capellanie extra Collegium. Possit tamen aliquas pitancias vel ele-
mosinas pro dicendis missis accipere et eas in Collegio celebrare ut suis
nota necessitatibus melius consulat. Dum tamen de cera sibi provideat: ne Co-
llegium gravetur. quod si quis dictorum Capellanorum aut Collegialium
contrafecerit. a domo protinus expellatur. et loco eius Alius idoneus
surroguetur. Item quia illi qui libris indulgent minus impediunt
ceteros Ac quietius et honestius et purius vivunt. Volumus quod sacerdotes
in Capellanos eligendi sint studentes si habere poterunt. et si for-
sitan ita apti non reperiantur idonei per Rectorem et Consiliarios pro-
videatur ita quod Capellanie numquam suis missis fraudentur Donec
Consiliarij Reperiatur idonei. Inter quos ydoneos. habiliores minus habilibus
prefferantur. & de habilitate ad litteras et suffitientia et moribus fiat.

et est interlineas positum. ubi dicit bone. non noceat &

examinatio sicut de Collegialibus inferius disponetur Qui sic Recepti possint in servitio dicte Capelle per octo annos et nullo pacto per plures sicut et ceteri Collegiales permanere. si Rectori et Consiliarijs videbuntur offitium suum plene et solicite adimplere. et vite honestatem ac collegij utilitatem pacemque minime perturbare et in scientia proficere. Alias vero etiam infra octennarium si suum offitium non impleverint aut sediciosi discoli Scandalosi inobedientes inhonesti inordinati vel inutiles vel incorregibiles fuerint legitima habita informatione a Rectore et Consiliarijs ex Collegio protinus expellantur. et loco ipsorum Alij surrogentur. :-

disponetur sing. st. ii si 13 ii 16

nota

consiliarij

Preterea volumus et Mandamus quod unus ex dictis capellanis qui Rectori ac Consiliarijs Aptior et fidelior visus fuerit. Calices. paramenta. omnia dicte Capelle vestimenta. panni. libri. aliaque supellectilia per Rectorem et Consiliarios debeat per autenticum Inventarium consignari et ab eo Capellano Manu propria subscribi. Qui omnia sibi Consignata debita cum diligentia custodire et cum eis capellam aparare quando opus erit teneatur. prout divinorum offitiorum ministeria peragenda exegerint. et ei pro dignitate solemnium vel feriatarum dierum videbitur Convenire: et Rector duxerit iniungendum. Et in Recessu suo per idem Inventarium plenam de omnibus teneatur Reddere rationem. Si vero post aliquot annos talis Capellanus se gravatum senserit et se exonerari petierit. Arbitrio Rectoris et Consiliariorum Alteri Capellano committatur. Qui Capellani celebrabunt missas et alia divina officia prout per hec statuta infra plenius digeretur. negligentie vero deffectus vel excessus seu Commissa vel delicta dictorum Capellanorum per Rectorem cum Consiliarijs debite corrigantur. nam sicut ceteros Collegiales sic et capellanos volumus ipsi Rectori in omnibus licitis et honestis ad offitium suum expectantibus cum debita Reverentia et humilitate obedire. et sicut uno pane et uno Calice participant: ita sub unis Constitutionibus et obedientia vitam degere. De qua re teneantur Capellani in sua Receptione sacramentum prestare. :-.

consiliarij

nota

Constitutio Decima de Iuramento prestando per Capellanos Antequam admittantur. :-

Item statuimus et ordinamus quod postquam Aliquis Capellanus secundum formam superius expressam fuerit electus. antequam admittatur ad Collegium et ei Camera Consignetur prestet Iuramentum in Manibus Rectoris Coram Consiliarijs vel maiore parte eorum in hec verba. :- :-

est inter lineas scriptum ubi dicit sic : vacat

Ego. N. pbr. N. ciuitatis et dioc. Electus Capellanus huius Collegij Sancte marie de ihu ab hac hora in antea sub pena periurij fidelis et obediens ero Rectori dicti Collegij in omnibus licitis et honestis put dicti Collegij statuta disponunt. honorem et Comoda libertatem et preeminentias Collegij dum vixero modo sim Rector modo Consiliarius vel procurator aut nuncius ad Romanam vel Regiam Curias vel ad alium quemuis locum. modo extra Collegium degam: pro viribus procurabo tueborque Constitutiones dicti collegij editas et edendas inuiolabiliter obseruabo: et alias his contrarias vel derogatorias aut ab intentione harum alienas no solum no procurabo. Sed si quod absit sensero per aliquem procurari Reclamabo et pro virili mea impediam: ac Resistam: nec eis vnq consentiam etiam Requisitus. et q dum vixero Reuelabo q totius ac melius comode potero: bona fide Rectori et Consiliarijs omnia que sciuero notabiliter collegio fore nociua. Posthabitis Amicicia odio Consanguinitate affinitate gratia vel fauore cuiuscunque quem id negotium tangere posset. Et nunq contra Collegium ero: nisi pro proprium ius prosequens. sic me deus adiuuet et hec pia genitrix virgo Maria atque hec sacra dei euangelia Amen.

Additio.

Quod Juramentum in Comuni prothocollo in subscriptione Jurantis ac trium Consiliariorum signetur. et in Archa Collegij ad perpetuam rei memoriam reponatur. Aliter autem quempiam Capellanum Recipi inhibemus: Rectori et Consiliarijs sub pena priuationis prouisionis vnius Anni.

Constitutio Vndecima de Etate et qualitate Recipiendorum

Circa etatem vero Recipiendorum Collegialium ordinamus et statuimus q nemo ad hoc Collegium Recipi possit qui sextumdecimum sue etatis Annum non impleuerit. et idem sanximus de famulis ad seruitium domus necessarijs.

Additio.

Item inhibemus omnino ac districte prohibemus ne duo Consanguinitate infra quartum gradum inclusiue Constituti ad Collegium simul admitti possint. Addicientes q qui triennio ante q Collegio se opponat fuit famulus alicuius Dominorum beneficiatorum huius sancte ecclesie hispalensis nullatenus ad Collegium Recipi possit. Et si dolo aut fraude aut ignorantia facti vel quocumque alio casu Receptum fuisse contingat. Quam primum Rectori et Consiliarijs legitime constiterit infra triduum de collegio nulla obstante exceptione penitus expellatur. Et nihilominus resarcire Collegio expensas quas fecit omnino cogatur.

expese

Et idem censem[us] de consanguineo cuiuscumque beneficiati dicte ecclesie usque ad tertium gradum inclusive. Si tamen postquam quis iam in collegio fuerit aliquis de cognatione sua infra dictum gradum fuerit in sancta ecclesia hispalen[si] in beneficiatum receptus: nulla innovatio in consanguineo collegiali ob id fiat. — consanguineus — 3 gradu

Constitutio duodecima de paupertate recipiendorum.

Circa paupertatem vero collegialium decernimus quod is pauper reputetur qui in propriis redditibus non habuerit ex bonis spiritualibus vel temporalibus aut ex utrisque simul viginti ducatos annuatim. Si vero habuerit parentes quorum vel alterius eorum sexcentorum ducatorum numerum facultates non excedant etiam pauper reputetur. Inter pauperes autem pauperior ceteris paribus minus paupere: aut orbatus utroque vel altero parente minus orbato preferatur. Et quia hoc statutum de paupertate volumus quam maxime observari quia solum ad subsidium pauperum collegium instituimus. Mandamus quod quicumque instituendus ad collegium antequam admittatur: iuret se non habere in redditibus ex beneficio aut ex patrimonio aut simul ex utroque predictam summam viginti ducatorum. et parentes vel alterum parentum non habere in facultatibus ultra summam sexcentorum ducatorum. Et si tempore quo in collegio extiterit collegialis creverit eius vel parentum vel alterius eorum redditus vel facultates ultra dictam summam. postquam ad suam notitiam de adeptu possessione venerit certitudo infra triduum rectori et consiliariis aliisque collegialibus revelare teneatur. Et infra duos menses cogatur collegium exire. Quod si non fecerit vel si inveniatur super paupertate falsum iurasse pena periurii irremisibiliter compellatur exire collegium: et que dolose consumpsit restituere. — consiliarii — restituere

Constitutio decimatertia unde esse debent collegiales eligendi.

Ceterum ordinamus et statuimus quod collegiales eligendi ad hoc collegium ex regnis Castelle duntaxat esse possint large intelligendo Castellam ut scilicet se extendit ad regna Bethice Castelle et Legionis. Volumus tamen quod Bethici aliis regnicolis. et diocesani hispalen[ses]. presertim carmonenses et utreranses usque ad numerum duorum pro singulo oppido ceteris paribus aliis preferantur. Nam intentionis nostre est et ita sapimus quod ex una civitate oppido aut loco non nisi unus recipi possit preterquam ex carmonensibus quia natale solum nostrum est. et ex utrera quia inde ex pontificali de Aloca et Gomez Cardeña non pauca recepimus subsidia. et optimo ea collegium recipit. Ex quorum singulo duos recipi posse decernimus dummodo inter se non sint consanguinei et ad litteras sint apti et qualificati.

est supra rasum scriptum [illegible] valeat

fuerint prout hec statuta disponunt et ordo intrandi qui in aliis est institutus in eis etiam servetur. Ex hispali vero aut ex oppido ab ea minus quinque leucis distantem neminem admitti volumus. qua exceptione sine culpa: non tamen sine causa utimur. Tum quia tam Parisiis: quam Rome: et tholose: ac bononie. senis etiam et perusie ac papie et in nostris provinciis Salamantice et Valleoleti. et Rursus in aliis Civitatibus ubi Collegia sita sunt cives suos ad Collegia non admittunt. tum quia verissimile est quod in propria patria Parentum aut Consanguineorum subsidia ad victum et vestitum necessaria nemini studioso deesse poterunt. Tum preterea quia in locis natalibus aut nimis propinquis copiosior materia distractionis et maior elationis et Contemptus Collegii. ac seminarium discordie. necnon visitationis active et passive que profecto

Itē noverce litterarum sunt: in promptu existunt.

Constitutio decima quarta in quibus debent esse instructi qui Recipiendi sunt ad Collegium et dispensatur quod possint ad theologiam Recepti artes liberales per triennium audire.

In constitutione 2ª. Preterea sicut supra in Constitutione de electione Collegialium institutum est. recipiendi ad theologiam debent esse saltem in gramatica et logica instructi. et qui ad sacros Canones in gramatica. et principiis dialethice. Ita quasi boni habeant fundamentum. quam rem lectionum periculo ut ibidem dispositum est notam facient.

Additio.

Verum quia Theologia sine philosophia et aliis artibus liberalibus perfecte haberi non potest. Permittimus quod qui ad theologiam fuerit admissus si philosophiam aliasque liberales artes ante ingressum non caluerit per triennium eas possit audire. Proviso quod tertio anno unam lectionem de theologia quotidie continuo audiat.

~~Constitutio decima quinta [illegible]~~

~~Verum [illegible]~~

8

[illegible]

est interlineatis ubi dicit nominum . Et valeat .:

~~[illegible]~~

[illegible]

Constitutio Decima sexta. de forma Electionis Collegialiu famulorum ad servitiu necessariorum .:.

Preterea circa Electionem Collegialium in primis instituimus et ordinamus q quu primu prebendam vacare contigerit Rector cu Consiliarys infra triduu Immediate a die vacationis teneatur ponere Edictum in valvis eccle maioris que dicitur Del perdon nuevo. et in foribus Collegij. quo edicto fiat omnibus manifesta vacatio prebende et moneantur qui se opponere voluerint ut infra Quadraginta dies a die qua positum fuerit editum. sistant se coram Rectore et Consiliariis examinandi secundum forma paulo post describendam. transactis aute Quadraginta diebus expectationis et oppositionis se volentiu opponere. sequentibus decem diebus examinatio vite et morum ac paupertatis discretionis et aliarum qualitatu necessariarum. et presertim indolis ac habilitatis et docilitatis ac affectus ad lras capescendas et studium indefessum celebrabis .:. .:. .:.

Subinde leget quilibet se opponens ad prebendam theologie unam lectionem in 9
gramatica. et aliam in dialectica si minus instructus fuerit. Sin uero instructior
in logica et philosophia. si uero prouectior legat in philosophia et theologia. &
quanto in altiore facultate legerit: tanto ceteris paribus alios antecellat
Si uero prebenda Juris pontificii fuerit: etsi uolumus quod calleat dialetice Rudi=
menta. sufficit tamen quod legat in gramatica etsi instructior fuerit in Jure canonico.
et prius arguant contra sic legentes sui competitores. subinde collegiales
sue facultatis. quod Argumentationum et lectionum periculum pro examine
in scientia Reputetur. quibus predictis Die sequenti in mane conueniant Rec-
tor et consiliarii et capellani. et Alii collegiales Decimum octauum Anni
nacti: et audita ab omnibus deuote Missa de spiritu sancto Clausa Janua
domus et ecclesie. sedeant omnes supradicti per suum ordinem in capella. l.
in Sacristia. et prestent super aperto missali in Manibus capellani qui
Missam celebrauit sacramentum. per deum et gloriosam uirginem
mariam et sacra dei Euangelia que suis corporalibus manibus contingent
et sanctos apostolos Petrum et Paulum quod solum Deum et utilitatem
ac honorem collegii et ipsarum iustitiam prebendis habentes: illum eligent
quem inuenerint meliorem. scilicet magis discretum et Docilem ac litrarum
cupidum et bone uite ac honestatis indolem presseferentem: necnon ad
litteras et uirtutem et ad predicationem si ad theologiam eligendus est aptiorem
et secundum formam harum constitutionum melius merentem sciue=
rint uel crediderint. & nec precio aut precibus Amore uel odio uel qua=
cumque alia sinistra affectione ducti a iustitie Rectitudine declinabunt
quibus peractis procedant ad electionem unius eorum qui ut supradictum
est examinati fuerint hoc pacto. Si plures quam quattuor fuerint ex omnibus
per cedulas eligantur quattuor qui plura puncta habuerint modo
in electione Rectoris supradicto. Postea disponantur quattuor nomina
bina ac bina. & per balotas secretas eligantur duo. Quorum duorum nomina
postremo in paruis cedulis conscripta Reponantur in balotarum foramini=
bus et includantur in capsula balotarum et agitentur sepius: Reuol=
uanturque. et postea sit presto Puer quadriennis per alterum capellanorum
introductus. qui ex duabus extrahat unam balotam. & ille ex duobus
cuius nomen in cedula inclusum apparuerit. habeatur collegialis
Si uero se opponentes fuerint solum quattuor Disponantur bini ac bini
et duo ex eis per balotas secretas eligantur. ex quibus duobus unus

est interlineas scriptum ubi dicit [illegible] et [illegible] ualeat

predicto modo per puerum extrahatur. Si aut fuerint tres eligantur duo
eorum per cedulas. quorum duorum noia includantur in duabus balotis. quarum
una extrahatur per pueru modo predicto. et ille cuius nome inclusum fue-
rit habeatur Collegialis. et similiter fiat si fuerint duo. sed si unus per balo-
tas secretas eligatur. et sic electus qz primum vocetur. iuret qz in manibus
Rectoris secundum formã paulo post describendam. Quo iuramento
prestito. Recipiatur ad complexum charitatis ab omnibus seriatim. et eadem
die teneatur Rector consignare ei cameram lectisternio. et aliis necessa-
riis fulcimentis munitam. qz si ille unus fuerit reffutatus in electione ex-
pedetur ab electoribus donec idoneus inveniatur eligendus modo supra-
dicto. Dispensator vero et famuli ad servitium commune necessarii per
Rectorem et Consiliarios in presentia Capellanorum per balotas secretas
eligantur.

f. in sequenti qsti 17.

Constitutio Decimaseptima de iuramento prestando per Collegiales Antequam admittatur.

Proinde postquam Collegialis superiori modo fuerit electus Antequam admi-
ttatur ad Collegium et ei camera consignetur prestet iuramentum in mani-
bus Rectoris coram Consiliariis et aliis electoribus vel maiore parte eorum
in hec verba.

Ego. N. clericus. N. civitatis et diocesis. Electus Collegialis huius Collegii
Sancte Marie de Jhesu Abbac hora in antea sub pena periurii fidelis et
obediens ero Rectori dicti Collegii in omnibus licitis et honestis prout dicti
Collegii statuta disponunt. honorem et comoda libertatem et preeminen-
tias Collegii dum vixero. modo sim Rector: modo Consiliarius vel procu-
rator aut nuncius ad Romanam vel Regiam Curias vel ad aliu quemvis
locum: modo extra Collegium degam: pro viribus curabo tuebor qz. Consti-
tutiones dicti Collegii editas et edendas inviolabiliter observabo. et alias
his contrarias vel derogatorias aut ab harum intentione alienas non solum
non procurabo: Sed si quod absit sensero per aliquem parari Reclamabo
et impediam: ac resistam pro virili mea. nec eis consentiam unquam etiam
importune Requisitus rogatus qz atqz coactus nisi coactione que in constan-
tem virum cadere possit. Et quamdiu vixero Revelabo quotiens ac commode
potero bona fide Rectori et Consiliariis omnia que sensero notabiliter
Collegio fore nociva. Postabitis Amicicia odio consanguinitate

Iur.

Consiliarii

aut affinitate gratia vel favore cuiuscumque quem id negotium tangere posset
et numquam contra Collegium ero nisi proprium ius prosequens. et in clericali sta-
tu ordinis sancti Petri aut similis sui alteriusque approbate Religionis perpetuo
permanebo. Ac laicalem habitum secularemque statum numquam me accepturum
promitto. Preterea Iuro me non habere summam viginti ducatorum in
Redditibus tam beneficialibus quam temporalibus annuatim. Sic me deus adiu-
uet et eius pia genitrix virgo maria et hec sacra dei Euangelia Amen. quod iu-
ramentum scribatur in comuni prothocollo etc. sicut in Iuramento Capellano-
rum institutum est.

Constitutio decima octaua de officio Economi seu procuratoris vel maior-
domi [electione et] aliis ad ipsum spectantibus et iuramento per eum prestando.

Economum quem Maiordomum vel procuratorem vocant Rector et Consi-
liarii ac Capellani et lectores de corpore Collegii per vota eligent. Cuius
officium erit Recuperare omnes redditus collegii. scilicet tam pecunias quam granum vel
oleum et quecumque alia ad ipsum pertinencia.

Additio seu declaratio.

Accipiat preterea Economus pecunias a Rectore et Consiliariis supradictis
qui claues capse pecuniarum dicti Collegii Retinebunt. ipsasque pecunias
sic receptas in expensis extraordinariis et prouisionibus reparationibus
domorum ceterisque statum et negocia dicti Collegii ac personarum ipsius concer-
nentibus exponet secundum formam per hec statuta sibi traditam et sala-
ria ac debita omnibus creditoribus tam domesticis quam extraneis ipse soluet.
Domorum locationem ipse solicitabit: et cedulas in locis consuetis ut palam
fiat conductoribus ponet. tempus locationis Rectori significabit. qui to-
tum Collegium ad certum diem et horam certis faciet et conueniet ut ipsum
Collegium presentia Auditoris industria et negotiatione talem locationem faciat
secundum morem quem Sancta hispalensis tenet ecclesia. Ceteraque omnia
tam domi quam extra cum Auditoris scitu et mandato Rectoris et Consiliariorum
expediet et procurabit que pro Collegii utilitate viderit oportuna. Cui Recto-
ri Economum obedire volumus in omnibus que his statutis non contradicunt.
granum vero aut res alias ad Collegium pertinentes quum primum Recuperaue-
rit Rectori consignabit. Pecunias preterea quas idem Economus pro dicto
Collegio undecumque Receperit ipsi Rectori presentibus Consiliariis vel ad minus
Duobus eorum infra biduum existens in ciuitate sub periurii pena integre con-
signabit. nec possit de predictis pecuniis etiam in Necessitates Collegii vel omnium

Ubi est supra Rasum scriptum. ubi dicit eiusque. et ubi dicit atque, eius et ubi dicit
vota. et interlineas. ubi dicit electione et. et ubi dicit et [illegible]

Const. 10. qua vi. et obserua

consiliarii

Denirium committere priusquam in ipsius Rectoris manibus ut dictum est omnia in
tegre et fideliter Reponatur .:— . — Additio

Qui Rector sub eadem pena periurij granum et alias res omnes seu pecunias pro dicto
Collegio Receperatas quas a predicto Economo vel quocumque alio Receperit eadem
die in libro ad id deputato secundum formam in statuto
tradditam conscribere teneatur . et granum ac res alias quamprimum in suis locis
Reponi iubeat . Pecunias vero infra viginti horas vel si aliquis commode poterit in
comuni archa ad hoc specialiter deputata in presentia consiliariorum vel ad minus duorum
eorum fideliter Reponere teneatur . In qua quidem archa esse debeat unus liber in
quo omnes pecunie et Alij introitus illius anni manu Rectoris vel unius ex consilia-
rijs cui ipse Rector mandaverit per ordinem in una parte describantur .
et in alia parte ipsius libri omnes exitus manu Economi vel aliorum minis-
trorum qui pecunias vel granum vel vinum de mandato Rectoris ad expen-
dendum Recipient etiam per ordinem debeant describi . Et tunc Economus
aut alij ad quos pertinuerit subscribant se in omnibus chartis testantes se
talia recepisse ut ex scriptura propria vinculentur quando Reddituri fuerint
rationem . Et sic quum ratio universalis totius Anni fuerit concludenda . in predicto
libro possit facaliter comprehendi qui fuerint introitus et qui exitus et quid Co-
llegio illo anno debuerit superesse . nec possit Dictus Rector aliquas de
predictis pecunijs etiam in necessitates Collegij expendere nisi primo in dicta
capsa in forma supradicta Repositio facta fuerit . Preterea dictis consilia-
rijs sub pena periurij mandamus quod in dictis pecunijs Reponendis . et post
de archa extrahendis ad expendendum in necessitates Collegij et secundum
quod hec statuta disponunt adversus Rectorem inobedientiam vel Resisten-
tiam aliquam non committant .:— . — . Additio .:—

Si vero de supradictis ad officium Economi expectantibus vel cuiuscumque al-
terius officialis et ministri Collegij voluerit Rector aliqua facere per se ipsum
vel alicui de Collegio committere . liber sit ei Dumtaxat id faciat quod ipsi Co-
llegio sit utilius super quo ipsius conscientiam oneramus . et de eo quod fecerit
sive fuerit Rector sive Alter teneatur plenam Reddere rationem . Et quia
secundum doctrinam domini in Evangelio huiusmodi officium periculosum est &
valde suspectum . quum queratur Inter Dyspensatores ut fidelis quis inveni-
atur . Volumus quod talis Economus seu procurator tactis sacrosanctis evan-
gelijs in manibus Rectoris presentibus consiliarijs Antequam huiusmodi officio se immis-
ceat Iuramentum prestet in hec verba .:— . —

Ego . N . Iuro per Deum et eius gloriosam virginem Mariam et hec

sacra dei Evangelia quod offitium meum et omnia que mihi secundum formam presentis statuti incumbunt omni dolo et fraude postposita bona fide exercebo et de Collegio non discedam Donec de Receptis et administratis Rectori cum suis Consiliariis plenam reddidero rationem et obtinuero quietationem .:. quod iuramentum sit autenticum saltem subscriptione propria nostris :— .:.

Item Economus quolibet sabbato iusto impedimento cessante cedulam omnes expensas extraordinarias illius epdomade continentem per se vel per alium Rectori aut gerenti eius vices tradere teneatur. Qui Rector eandem cedulam eodem die vel saltem sequenti diligenter examinare et custodire teneatur. Ut postea ipse et consiliarii cum talibus cedulis examinent expensas in libro descriptas economi. — in fine cuiuslibet Mensis et eas liquidatas et Conclusas subscribant. et in octavis Nativitatis quibus diebus non nihil maioris otii studentes nanciscuntur. ipse Economus de omnibus per eum gestis s. de administratione et Receptis pecuniis totius anni plenam rationem Rectori et Consiliariis Reddere teneatur. et tunc fiat universalis conclusio totius Anni. et alius expensarum liber sequentis Anni noviter incohetur Antiquo libro post Conclusionem et absolutionem in Archivis Reposito. Denique si Economus bonam rationem Reddiderit in suo offitio tamdiu permanere possit quamdiu sibi placebit et Collegio servitium suum erit acceptum. Providentes quod durante suo offitio nullam facultatem possit audire. sed suum offitium fideliter et solicite exequi conetur. qui habeat pro labore suo Annuatim quod per Rectorem et Consiliarios cum eo fuerit Compositum. Utilitate Collegii semper principaliter ponderata. Super quo eorum conscientias onerantes. imponentes eis si aliquid malitie sine fraudis in augendo salarium dicti Economi aut quorumcumque offitialium vel ministrorum dicte domus Comisserint. Penam periurii ultra — Restitutionem — ad quam procul dubio saltem in foro Conscientie tenebuntur .:. Additio .:—

Si autem dictus Economus in suis rationibus in aliqua fraude seu dolo inventus fuerit: offitioque primum sibi interdicto. et de eo quod Collegio debuerit satisfacto de Domo protinus expellatur. ulterius nunquam modo aliquo Reversurus. et alius fidelis et prudens eius loco surrogetur .:. Additio .:—

|| dicti firmi

Preterea Economum de corpore Collegii esse nolumus nec etiam quempiam de Collegii || corpore cum hoc offitio gravari. nam Collegiales volumus omnino liberos ab omni cura ut commodius litterarum exercitationi diligentie valeant: nisi forte dictum Economum contingeret infirmari vel iustis impedimentis occupari vel offitium ipsum alias quoquomodo vaccare. quo casu si Rector cum consiliariis Alicui de Collegio hoc onus duxerit comittendum. teneatur eis,

est inter lineas appositum ubi dicit dictum. valeat

consiliarii

aliti quis libri

periurii

salario econ[omi]

[illegible]

protinus obedire donec Economus possit libere offitiu suu exercere vel Rector
cum consiliarijs suis de persona alia de extra collegium duxerit providendum .:—

· Additio .:·

Sin vero talis provisio in tantum tardaretur quod persona sufficiens non possit sic
facile reperiri vel infirmitatem antiqui economi contingeret elongari. et col-
legialis cui comissum est offitium nimium gravaretur. Rector teneatur
condividere onus inter socios ad longum tempus vel per menses prout sue circum-
spectioni conduabilius visum fuerit. Et si tales bona ratione sue villicationis
reddiderit ultra ordinarias provisiones ipsius satisfiat ei pro rata tempo-
ris quo servierit licet non equali salario illi quod datur Economo principali
Verum si tales in suis administrationibus vel in minima re inveniatur in frau-
de aliqua seu dolo. gravius quam de Economo diximus puniantur .:·. Additio .:

Cessante vero tali cura administratione de pecunijs collegij vel unum nu-
mum tangere sine Rectoris expresso mandato sub pena periurij et priva-
tionis collegij in quam incidant ipso facto ipsis collegialibus inhibemus .:—
Addijcimus postremo quod Economus nec de pecunijs collegij nec de proprijs
mutuare possit alicui de collegio aut extraneo vel unum denarium sine
licentia Rectoris sub pena perditionis pecunie mutuate et periurij
quas ipso facto incurrat .:·.

Constitutio decima nona de Dispensatore et de omnibus offitium eius
concernentibus .:—

Electio autem Dispensatoris per Rectorem et consiliarios ac Ca-
pellanos fiet. Qui Dispensator omnia emenda ad victum quottidia-
num quanto comodius poterit comparabit. ordinanda in coquina et
cellario ac in cella vinaria circa panem et vinum et alia victualia
disponet. Cellarij ac celle vinarie claves ipse tenebit. Camisias et
linteamina et cetera eiusmodi a bscolaribus et alijs domesticis colli-
get. et cum memoriali in scriptis fuloni assignabit. et ab eo iam lota
mundaque recipiet singulis singula per dictum memoriale quo acce-
pit restituens. frumentum quoque a Rectore et uno saltem consilia-
rio qui singulis claves horrei tenebunt. Receptum pistori consigna-
bit et in libro suo sicut et Rector diem mensem et annum. et
mensuram seu quantitatem quam receperit conscribet suoque nomine
signabit. Recipietque a pistore coram Rectore vel duobus consiliarijs

pena tangentis pecunia sine licentia Rectoris

dispensator

panes Coctos iuxta instituta et per Rectorem pondus et mensuram.
habebitque Curam parari faciendi cibaria tam infirmis iuxta medica precepta: quam Sanis. et ipse instar Dapiferi Cum famulis afferent ad Reffectorium et omnia necessaria discumbentibus ministrabunt. Coquo vero et Alijs famulis districte precipimus ut in supradictis ceterisque omnibus officium Dispensatoris tangentibus ei prorsus obediant. Quod si quod absit quis eorum Rebellis fuerit per Rectorem acrius castigetur: etiam usque ad expulsionem si pertinax fuerit. Prouidemus etiam quod Dispensator durante officio suo nullam facultatem possit audire: sed officium suum fideliter ac solicite exercere studeat. Qui habeat pro labore suo vltra Communem aliorum victum annuatim quod per Rectorem et Consiliarios cum eo Compositum fuerit. Vtilitate Collegij semper principaliter pensitata. Super quo eorum Consciencias oneramus. Verum quia secundum Sententiam saluatoris. queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Unde liquet quod periculosum est: et suspectum officium sit. Volumus quod Dispensator prestet idem iuramentum quod Economus: et eisdem penis si fraudem Comisserit animaduertatur in quas in Economum superiore Constitutione notauimus. Addijcientes sicut etiam de Economo paulo ante disposuimus. quod Dispensator de pecunijs Collegij nec de proprijs possit mutuare Alicui de Collegio nec extraneo vel vim minimum: sub pena perditionis pecunie mutuate et periurij quas ipso facto incurrat. Teneatur autem Dispensator domi die noctuque degere. et qualibet nocte cedulam expensarum quas illa die fecit in suo libro scribat. Et propria manu signet. et eandem cedulam Rectori consignet manu propria signatam. Qui Rector eam diligenter examinet et in finem mensis tales cedulas cum Consiliarijs liquidatas in libro Dispensatoris subscribat sicut de Economo diximus ad vniuersalem Rationem per librum Dispensatoris Reddendam :-

infirmis
expulsio famulorum [illegible]
expulsio
consiliarij
iuramentum dispensatoris
mutuare
consiliarij

Constitutio vigesima de Electione Magistri nouiciorum et quod habeat curam quod Constitutiones suis temporibus legantur semperque seruentur. :-

nouicio[illegible]

Item quia sit impossibile eum fieri magistrum qui minorem nouit se esse

discipulum. Volumus et mādamus quod inter Collegiales unus eligatur a Rectore et Consiliarijs quem ad eam rem sufficientiorem esse cognouerit. qui nouiciorum Collegialium Magister existat eosque in vita et moribus ac cerimonijs instruat atque has nostras constitutiones intelligere et obseruare doceat. quique obseruantie ac suis temporibus lectionis earum curam habeat.

Constitutio vigesima prima de consignatione Camerarum et fulcimentis earum. atque conseruatione et Restitutione rerum consignatarum.

Preterea volentes paupertati studentium consulere statuimus et ordinamus quod quamprimum. Aliquis collegialis [capellanus] ad hoc Collegium Receptus fuerit. Consignetur ei per Rectorem et Consiliarios camera vacans fulcita expensis Collegij lectisternio uno. nattalitijs duobus. linteaminibus quattuor de tela grossa et ceruicali uno cum coopertorijs duobus et uno Archibanco ante lectum. Atque una tabula vel mensa cum sella lignea. Que omnia si numerata fuerint aut alias sine culpa Collegialis perierint aut ita deteriorata quod usui comode conferre nō possint. Precipimus quod impensis Collegij Renouentur Resarciantur et restaurentur. prout Rectori et consiliarijs videbitur expedire. qui vero ultra predicta aliquid aliud voluerit: emat illud proprijs pecunijs. et cum Camera sic fulcita de nouo Alicui consignabitur fiat inuentarium omnium rerum Collegij quas recepit in libro ad hoc specialiter deputato in presentia Rectoris et duorum saltem Consiliariorum et Recipiens subscribat inuentarium manu propria cōfitendo se omnia et singula recepisse ut tempore completi studij sui vel alias a Collegio recedente Rationem et consignationem plenariam faciat Rectori et Consiliarijs de predictis omnibus fulcimentis. et omnia que sic pro suo usu Receperit teneatur diligenter et fideliter conseruare. Vnde si aliud ex eis quomodocumque perditum fuerit de suo proprio Restituere compellatur.

Et si eius fraude vel dolo forsitam perierit vel alias malicia sua perire permiserit. Vltra penam periurij in quā ipso facto incidit. Si res sic deperdita vel deteriorata: CCC. miriadum valorē excesserit

A interlineas scriptum. videlicet. vel capellanus

Cipi lignei quem in collegio semper esse volumus mandato Rectoris mancipetur nec inde exire donec integre satisfecerit. permittatur eiusmodi detentionis tempore pane et dumtaxat aqua sustentandus. cipi lignei

Constitutio vigesima secunda de optionibus Camerarum.

Item statuimus et ordinamus quod quando aliqua Camera vaccaverit sit optionis antiquiori de Collegio. nullo habito Respectu ad personas vel gradus vel officia si eam velit acceptare. Quod si ille noluerit succedat in optione illum antiquitate sequens. et sic deinceps usque ad ultimum. Verum si duo pares antiquitate competant. gradu prioribus prefferatur. Si vero gradu pares Antiquior in gradu. Quod si omnibus pares fuerint. Cui Rector et Consiliarii vel maior eorum pars voluerit: dicta Camera assignetur. quam optionem inter presentes solum habere locum volumus: nisi Collegialis de mandato et pro negotiis Collegii absens fuerit: nam ne eius obsequium ei nocivum fiat. volumus quod qui eius mandatum ad hoc habuerit: aut si nullus habuerit Rector pro eo possit optare. optare consiliarii

Addicientes quod Discedens a Collegio nihil ferreum aut ligneum aut aliud cuiuscumque materie fuerit quod in eadem Camera fabricaverit exportare secum aut cuicumque vendere possit. Verum si ab una in aliam se contulerit cameram: ea que ere proprio emit secum portare valeat. Dummodo sine Camere detrimento id fiat. Quam rem Iudicio Rectoris et Consiliariorum vel maioris partis eorum Relinquimus // Item volumus quod nullus de Collegio possit aperire vel mutare fenestram vel ostium vel minimum Rimulum Cancellum vel foramem facere. sub pena mille Miriadum in quam eum ipso facto condemnamus pro archa Collegii. consiliariorum ipso facto condemnamus

Constitutio vigesima tertia de Electione lectorum et Regentia Cathedrarum.

Preterea ordinamus et statuimus quod in hoc Collegio legantur due Cathedre hora prima una de theologia. in qua continuo legatur doctrina Sancti Thome. et alia de iure pontificio. in qua legatur textus cum doctrina Abbatis siculi vel Joannis andree. Et volumus quod nullus Magister vel Doctor vel licenciatus vel Baccallarius possit assumi ad dictas lecturas nisi per Rectorem et Consiliarios et alios Collegiales votum habentes eligatur. qui eligere debeant quanto idoneiorem et sufficientiorem invenire poterint in Collegio aut extra dummodo Collegialis ceteris paribus extraneis prefferatur. In ceteris vero horis aut lectionibus quando quis de collegio fuerit aptus ad legendum: et pro cursu aut exercitio cathedre

est interlineas scriptum videlicet dumtaxat et videlicet ipse. et supra ad [illegible] videlicet collegio aut extra. et videlicet aqua [illegible]

legere voluerit etiā si minus sufficiens fuerit quam extraneus: nemo a collegio alienus possit legere concurrendo cum lectura vel in hora cū collegiali ita quod honor vel lectura collegialis vel in minimo nō perturbetur. qua ratione cessante sit liberum extraneis legere vel cursare in theologia vel Jure pontificio vel civili vel in Artibus liberalibus pro Arbitrio. Electio autē theologi vel Canoniste ad Regenciam Cathedre sue facultatis subscripto celebrabitur pacto :— Addicio.

Si duo vel plures de collegio super Regenciam alicuius cathedre vacantis competent nisi fuerint omnibus noti. scilicet quia pluries eos legentes audierint legat quisque eorum tres lectiōes in illa facultate super punctis per Rectorem et consiliarios sibi assignatis: et finitis lectionibus conveniat Rector et consiliarii ac studentes collegiales sue facultatis sequenti die in capella collegii. et prius prestito Juramento in manibus Rectoris de eligendo sufficientiorem et scolaribus utiliorē Postposita omni mundana affectiōe Ac solum deum pre oculis habentes. et quod nō eligent eum quem sciverint per se vel per aliū quempiam rogasse aut subornasse. Mittant Balotas in capsulam secreto cis ministratas per manu capellani semel pro singulo. Et ille qui plures albas habuerit. lector evadat. Proviso quod se opponentes nō intersint electioni Proviso etiā quod in tali electione maior in gradu talis facultatis in pari sufficientia minorem precedat. Que paritas aut maioritas sufficientie predicto modo scilicet per Balotas prius examinetur :— Additio.

Enimvero si propter insufficientiam collegialium Aliquem extraneum ad lecturam aliquam de collegio necesse fuerit assumi Re electio eius predicto modo celebretur. cauto quod postquam fuerit electus Antequam legere permittatur Juret in presentia Rectoris et consiliariorum ad sancta dei Evangelia quod in quātum poterit semper procurabit collegii utilitatem et honorem. Et quod de Regencia illius Cathedre se amplius nō intromittet quam ipsi collegio sit acceptum. De quo sacramento fiat autentica scriptura aut in aliquo prothocollo collegii ad hoc specialiter deputato id propria manu subscribat :—

Ceterum sub interminatione Anathematis quod ipso facto tā legentes

et Audientes incurrant interdictum quod Doctrine nominalium aut Ray-
mundi lulij que multorum ingenia leuium veris sanisque ac fructuosis doctri-
nis euacuant conturbant impediunt et corrumpunt priuate aut
publice in hoc collegio in eternum minime legantur. nam qui eas sectan-
tur sunt illi vani de quibus Apostolus dicit. semper discentes et nunquam ad
scientiam peruenientes.: — abolita e.

Item quum Magister Doctor licenciatus vel Baccallarius fuerit Regens. stu-
dentes sue facultatis ad faciendas collationes et eundem secum ad dis-
putationes et ad alios actus scolasticos publicos qui in vrbe fiunt per bacca-
llarios et magistros aut alios viros scolasticos teneantur. et inobedientes
aut Delinquentes circa hoc Rector cum consiliarijs puniant et casti-
gent iuxta ipsius Regentis relationem: nisi forte a veritate deuia-
ret ex aliquo Rancore singulari aut aliqua alia sinistra passione. quod
iudicium Arbitrio ipsius Rectoris et consiliariorum Relinquimus.:

Preterea permittimus quod in cathedris collegij possint legi alie lectio-
nes de Artibus et philosophia vel de theologia aut iure pontificio vel
ciuili preter lectiones ordinarias collegij. Dummodo sine taxe preiudi-
tio id fiat. Verum quoniam tales lectores circa lecturam et actus scolarios
nimium occupantur et fatigantur. volumus quod Rector quanto honestius
poterit ipsos Releuet a curis et solicitudinibus eos ab studio distra-
hentibus.:

Postremo ut studentes theologi modestiam et audaciam proponendi
verbum dei accipiant. Precipimus quod postquam per quattuor annos au-
dierint theologiam diebus dominicis de Aduentu et quadragesi-
ma in missa maiori coram omnibus instar predicatorum verbum dei
proponant. quilibet suauiter prout ei Altissimus ministrabit. Addi-
cientes quod solis illis festis exceptis quibus populus ab opere seruili
vacat. et illis in quibus collegiales tenentur cantare matutinas
semper singulis diebus legatur ordinarie in collegio.:

Constitutio vigesima quarta quales esse debent collegiales et alij
de collegio circa mores et scientiam atque honestatem:

Preterea Rogamus et exortamur in domino tam Rectorem et
Scolares ac capellanos quam ceteros de collegio ut in xpi timore vite

s. in sequenti constitutione 25

sue ac conversationis ponant fundamentum: sic ut constantes in studio
assidui ac soliciti in lectionibus et disputationibus verbum dei attente
ac devote audiant semperque ardeant desiderio discendi. Sint conversa-
tione pacifica: habitu honesti. vestitu interiore colore nigro sive glireo
quem vulgo pardo vocant. Exteriore vero presertim extra domum bure-
lio colore utantur quemadmodum suo loco disponetur. Sint incessu mo-
desto et gravi ut viros decet ecclesiasticos: cohabitatione quieti charitate de-
vincti: et inter se unanimes. tales quoque se in palestra scolastica circa scienti-
am ac mores agant ut cursu temporis coronam glorie a domino et ab ecclesia
Christi merito gradus auctoritatem et beneffitia ac dignitates consequi
mereantur. nam qui talia suis laboribus et meritis expectant prius de-
bent facere quam docere. Sint dulces et suaves atque affabiles eloquiis
ornati moribus. instructi circumspectione. prudentia armati. honore in-
vicem sese preveniant. qui in via domini profficere satagunt. qui vero
maior inter eos fuerit: fiat secundum domini sententiam minor. Ita enim sapi-
ens ait. Qui maior est humiliet se in omnibus. et dominus dicit. qui se
humiliat exaltabitur. Sic nempe eveniet eis: ut vita proffitientes
pariter et doctrina iustis in hoc seculo attollantur honoribus: et
in alio eternis perfrui premiis promereantur. ¶ Conentur quoque vivere
in bona cordis simplicitate. quia si se altercationibus iurgiis et discre-
tionibus involvant immiscuerint: non solum hec statuta verum etiam
tota scriptura sacra atque ipsa iura tam canonica quam civilia vix poterunt
sufficere. ad obviandum malitiis et calumniis quas protervia hu-
mana poterit invenire. Nimirum cum nihil mali sit quod homo semel
malitie deditus non inveniat statum etiam dicti collegii diligant. et ipsum
tum circa eius conservationem quam etiam augmentum. ubicumque et in quo-
cumque statu fuerint. Presertim si ad dignitatem quamcumque deve-
nerint habeant commendatum. ut qui ex dei gratia et elemosinis
eius domum scientie susceperint: et propter scientiam bona huius seculi
consequti fuerint. se gratos erga deum omnium bonorum auctorem in
elemosinis propter ipsum factis et in aliis operibus pietatis reddant.

¶ Constitutio vigesima quinta de habitu collegialium et ceteris
que vestitus honestatem concernunt.

Circa habitum vero ordinamus et statuimus quod nemo Collegialis possit exire 15 habitus
extra Collegium nisi vestitus veste seu toga manicata coloris nigri panni quem
floretum vocant vel alterius similis. longa taliter tamen: ita ut pene terram tan-
gat. Retro omnino scissa Ante vero a pedibus usque ad pectus saltem. Scissa cum
colario quod fibulis quod vulgo Corcheis vocant. collo applicetur stricte. Manice
vero toge sint adeo longe ut manum cooperire possint et non amplius. sintque ita
late ut in una manica manus super manum recipi possit & non amplius.
Extra Collegium autem semper incedant discincta toga et cum insigni Colle-
gii in collo quod vulgo dicunt Becca: que erit quantitatis unius tertie panni beca
Cocinei subobscuri quem morado appellant. Sine quo insigni etiam ad Cam-
pum solatii gratia nullus de corpore Collegii extra ipsum exire valeat sub pena
privationis portionis trium dierum pro prima vice. pro secunda vero unius expulsio
mensis. pro tertia Expulsionis Collegii.
Volumus preterea quod qui admissus fuerit ad Collegium pro suo ingres-
su et vestem et insigne emat. Ut sicut unius erunt professionis: ita ha-
bitu unicoloris et in omnibus conformes existant. Demumque quia teste Ber-
nardo Incompositio vestium Deffor[mitatis] mentium ac morum inditium est
Ortamur omnes de Collegio ut uti viros ecclesiasticos et in sortem domini
electos decet. sint habitu honesto et Religioso. Inhibentes eis districte ne
sericum in Camisia vel diploide. vel manicis aut Collario. nec Camellotum
vel fustetam vel his similia aut Cocinum quod dicitur grana et quemvis alium
pannum Rubei Coloris in vestitu aut Caligis aut birreto sive anulum aurii
aut argenti. et his similia que hominum levitatem atque irreligiositatem
pre se ferunt minime portent. foderaturis quoque preciosis ut puta taphe-
tiis aut chremesinis vel quorumcumque pellium. preterquam peradmarum non
utantur. Calceos quoque ut paulo ante tetigimus. aut Coturnos non nisi
nigros defferant. Capillos quoque tonsos medias tenus aures continuo habe- capilli
ant ceteraque his similia que ecclesiasticam dignitatem decent atque ornant
studiosissime atque integre observent. Additio.
Quicumque vero de Collegio quocumque quesito colore his prohibitis uti pre- pena [illegible]
sumpserit. et monitus per Rectorem infra tres dies immediate sequen- [illegible]
tes non se emendaverit ultra penam periurii quam ipso facto incurrat [illegible]
perdat pro prima vice rem prohibitam quam detulerit. quam seu premium
aut eius pretium pauperibus erogetur pro Anima fundatoris. pro secunda
vero vice a Collegio per biennium sit ipso iure suspensus. nullum interim

abeo emolumentum susceptiirus. Pro tercia autem vice de Collegio penitus expellatur.:—.

famulorum vero habitus et Colores Rectoris et Consiliariorum arbitrio relinquimus.

26. Constitutio vigesima sexta de Capitulo tenendo.:—.

capitulum. Enimuero quia ut sapiens ait ubi multa Consilia multa salus. ordinamus et statuimus quod quotienscumque aliquid graue et magne importantie expediendum occurrerit. Rector die vel nocte precedenti de facto illo occurrenti singulos de Collegio faciat certiores. et sequenti die hora oportuna per sonum Campanule eos faciat Conuocare. ad cuius sonum omnes in loco ad capitulum deputato sub pena panis et aque infligenda deficientibus debeant Conuenire. et in expeditione maiorum negotiorum duas partes Collegij ibidem presentium volumus Concordare. In mediocribus autem obtineat quod maior pars duxerit disponendum. leuiora vero expediat Rector cum suis Consiliarijs ne Collegium crebro vexetur atque in studio perturbetur.:—.

Consiliarij

addictio.

Que autem sint maiora mediocria vel leuiora si forte in dubium venerint per visitatores declaretur pensitata negotij qualitate.:—.

addictio.

Ceterum puerorum voces et si velimus ut discant in posterum actibus capitularibus interesse: tamen nisi decimum octauum annum Compleuerint. nolumus voti vim habere.:—.

27. Constitutio vigesima septima. ordo tenendus in Consultatione negotiorum in capitulo.:— Ordo autem in consultatione tenendus hic erit:

Rector aut in eius absentia Presidens proponet negotium et aperiat materiam quid pro utraque parte sibi videatur explicando subinde per via pratice. siqui de negotio fuerint melius informati. illud pro informatione omnium in medium profferant. Quibus sic finitis veniatur ad vota. et ne minores timeant declinare a sententia maiorum quod sepe accidit quoniam maiores primo loquuntur Mandamus quod vota incipiant semper a iunioribus. et sic per ordinem usque ad primum.:—.

28 Constitutio vigesima octaua de secreto Collegij et capitulo seruando.:—

Rursus statuimus et mandamus quod omnes de collegio seruent secreta collegij et humanos deffectus qui inter Collegiales accidunt extraneis

Secretum non diuulgent. Sed semper honorem collegij (ut par est) potius quam

proprium zelent. Et presertim secreta Capituli que a Rectore ut secreta iniuncta fuerint nulli extero communicent. — Additio.

Qui vero secus fecerit in periurij Reatum incidat. Demum si quis secretum capituli sub secreto per Rectorem iniunctum Alicui extrario Revelaverit et hoc fecisse convictus fuerit. bimestri sit portione privatus pro prima vice. pro secunda vero uno Anno. pro tertia autem a Collegio protinus expellatur. — Additio.

Si autem Alicui de Collegio qui quando iniunctum fuit erat absens: quando venerit dixerit non intelligatur revelasse secretum. Sed ille cui dixit sub data pena etiam servare teneatur.

Constitutio vigesima nona quanto tempore possint manere Collegiati. 29

Tametsi tempus septennij sufficere satis possit Solicite studere volentibus. nec in ulteriore tempore a iure cum clericis animarum Curam habentibus dispensatur. Quia tamen nostra tempestate quod dolenter dicimus studentes plus solito sunt remissi. et ut in gradum doctrine evadant altiorem. Statuimus et ordinamus quod studentes possint morari in dicto Collegio octo continuos Annos. quum in hoc tempore si non piguerit ad magistratus vel Doctoratus audem et honorem conscendere commode possint. hoc tamen proviso quod si quis forsam imminente fine sui octonarij in Rectorem dicti Collegij contingat eligi. non obstante lapsu temporis prelibati possit usque ad finem sui officij libere in Collegio permanere sicut prius. Quo quidem officio completo ac officij sui reddita ratione quam infra mensem a die finiti officij reddere et omnino cum effectu complere teneatur. statim Collegium exire debeat. et expeditum ac liberum relinquere locum suum. Verum ut erga predicta diligentior adhibeatur Cautella et via fraudibus precludatur. Mandamus quod Rector Collegij teneat unum librum in quo singulorum nomina de Collegio. et dies mensis et Annus sue Receptionis ac iuramentum per ipsos prestitum per ordinem conscribatur. et Recepti in Collegio Subscriptione firmetur. ut si quilibet eorum post tempus ei per hec statuta indultum infra unius mensis spatium sub periurij pena collegium exire sine aliqua Resistentia aut dilatione teneatur. Quod si forte quod absit vellet sub alicuius Coloris pretextu resistere

consiliarii totum collegium

aut aliquatenus se prebere difficilem per Rectorem Collegii et Consiliarios incunctanter sub pena periurii in quam incidant ipso facto penitus et protinus expellatur. Et si forsitam esset necesse ut totum Collegium per Rectorem requisitum adiuvaret Mandamus ei sub eadem pena quatenus Rectorem suum et Consiliarios iuvent viribus quousque cum effectu penitus sit exclusus. :-.

Additio.

Si autem quis Ante vel circa finem dicti octonarii examen Magisterii vel Doctoratus subierit & in eo contingerit approbari. et licenciature aut Magistratus vel Doctoratus gradum acceperit. Volumus quod dictum Collegium similiter infra unius mensis spacium exeat Ac si tempus octo annorum iam esset transactum. nisi forte ut speramus in hac nobilissima Civitate Universitas esse et propter eius sufficienciam ad aliquam Cathedram per eam eligeretur nam in tali casu Cathedris collegii non est necessarius.

cathedra

Permittimus in Universitate posse Cathedram Regere per triennium dumtaxat a die Electionis eiusmodi computandum. et tali lectione ordinaria vel extra ordinaria durante posse in dicto Collegio manere per dictum triennium. Ac si gradum non recepisset. vel octonarii tempus non fuisset elapsum. Sed cessante lectura Universitatis Ante dictum triennium etiam hanc graciam incontinenti volumus spirare. Qua triennii gratia ultra octonnarium multomagis gaudere volumus eum qui in Collegio theologie vel iuris pontificii cathedram rexerit. Addicientes quod si quis de Collegio theologus vel Canonista Cathedram sue professionis in Collegio sufficienter Rexerit tamdiu in Collegio tolleretur quamdiu alius par aut Sufficientior in Collegio non emerserit. :-.

Postremo volumus et mandamus quod qui semel fuit Collegialis vel Capellanus et quacumque ratione Collegialis vel Capellanus esse desiit numquam postea in Collegialem etiam quocumque indulto aut favore munitus existat admitti possit. :-.

Constitutio trigesima quid agendum si Rector vel Consiliarii se absentaverint. :-

Item ordinamus et statuimus quod si Rector vel aliquis Consiliariorum ex aliqua legitima causa a Collegio discesserit. Dummodo ultra mensem moram non traxerit. Antiquior ex Consiliariis loco Rectoris surrogetur.

et loco consiliarii Antiquior ex scolaribus sue facultatis substituatur. Si autem ultra mensem quis eorum moram fecerit Alius loco eius ab electoribus collegii per secretas cedulas suffragatur. Verum si pro negociis collegii quis eorum missus fuerit: quousque revertatur expectetur facta substitutione ut dictum est.:

Constitutio trigesima prima de tempore quo collegiales se possunt absentare a collegio.: .32.

Preterea statuimus et ordinamus quod si aliquis collegialis propter aliquod negocium proprium vel propinquorum extra urbem ire voluerit. liceat Rectori cum suis consiliariis si viderint quod subest iusta et honesta causa licentiam se absentandi per trimestre dumtaxat ei concedere. quo elapso si non Reddierit. collegio privatus existat. Proviso quod dicta licencia trimestris non nisi semel in toto octonario ei possit concedi. Proviso etiam quod tempus absencie in tempore sui octonarii computetur. Proviso preterea quod in casu quo infra perscriptum diem non reddierit: eius prebenda non pronuncietur vaccare ante viginti dies sequentes infra quos si venerit et causam legitimam sue detentionis docuerit. Volumus quod cum eo benigne atque humane agatur. Et ad continuationem sui octonarii admittatur. Si vero dictis viginti diebus elapsis causam more non ostenderit. nulla ei excusatio suffragetur. Sed illico novus collegialis secundum statutam formam eligatur.:

Addicientes quod nullus de collegio qui absens fuerit ex quacumque causa quantumcumque iusta quicquam portionis in pecunia sibi debite percipiat etiam si Rectoris et consiliariorum ad hoc expressus consensus accederet. Si tamen quis a collegio fuerit missus pro negociis collegii expensis necessariis tamen pro qualitate temporis et locorum contentus existat. Verum tempus quo absens pro negociis collegii fuerit in cursu sui octonarii non computetur. sed illud ei ultra octonarium prorrogetur. Nolumus tamen collegialem nisi magna urgente necessitate s. utilitatis collegii assequende: aut damni vitandi mitti posse a collegio. Preterea permittimus quod si quis vere infirmus fuerit licenciam abscedendi a collegio valitudinis recuperande gratia ei concedatur a Rectore et consiliariis per totum tempus sue infirmitatis. quod tamen tempus in suo octonario currat et computetur. Sanis vero etiam permittimus licentiam posse

dari per quindecim dies quolibet Anno ut ad patriam vel alium honestum locum Recreationis gratia se conferant. quod etiā tempus in suo ordinario computetur. Et qui intra quintum decimū diem nō reddierit per bimestre extra Collegium maneat portiōe privatus. Et si ultra dictos quindecim dies (alios quindecim dies) moram fecerit et gravis infirmitatis per legitimos testes vel instrumētum Autenticum impedimētum nō probaverit sit Collegio privatus ipso facto. Preterea inhibemus dictam licēciam trimestrem Capellanis posse elargiri qui in Capella sunt ad divina officia continuo necessarij. nisi forte urgente aliqua eorum necessitate. in quo casu per alios loco sui qui per Rectorem et Consiliarios approbati fuerint faciant deserviri.

ex collegium

Capellani

Constitutio trigesima secunda qui ordo sit tenendus si quod absit contingat pestis vel morbus contagiosus in urbe.

Proinde quia nonnunquam ob humana scelera aut alio divino judicio pestis aut contagiosus et pernitiosus morbus in hac urbe invalescat A quibus tam divinis quam humanis monitis et experimētis constat nō esse illicitum fugere. Presenti statuto duximus providendum. quod si quod ~~absit~~ Deus sua clemencia avertat in hac urbe pestis aut aliquis aliquis morbus contagiosus contigerit. sequatur Collegium nostrum cum suis collegialibus formam quā cum suis beneffitiatis Sancta hispalensis servaverit ecclesia. scilicet a die qua capitulum ecclesie hispalensis pronunciaverit licere cuique discedere ab urbe. liceat etiam Collegis qui voluerint discedere. et quando decreverit debere beneffitiatos Reverti et in domibus suis ut moris est vel per edictum aut alias quomodolibet eis visum fuerit ad certum diem eos vocaverint. ad eundem terminum per edictum a Rectore et Consiliarijs vel ab eorum vicegerentibus collegiales Revocentur. Ita quod Collegium tam in danda licentia quam in revocanda capituli hispalensis ecclesie exemplum sequatur. Provisoque quod qui abscedere voluerint: nullum tempore absencie emolumentum a Collegio consequantur. Et si forte nullus in Collegio Remanere voluerit. Rector et Consiliarij teneantur Ante suum discessum providere de persona aut personis honestis et fidelibus qui Remaneant ad

est inter lineas scriptum. ubi dicit alios quindecim dies et ubi dicit et et ubi dicit avertat

ad custodiam domus et conservationem supellectilis ac totius Rei familiaris. quam rem si prudenter ac diligenter ut par est non fecerint ultra penam periurii quam ipso facto incidant. omne dampnum Collegio ob eorum culpam negligenciamque sequuturum de eorum bonis volumus Ressarciri. Quod si omnes aut aliquis eorum non habuerit unde soluat. priuetur omni emolumento Collegii pro tanto tempore quanto fuerit Collegio satisfactum. Qui vero Domi ne vagentur aut ab studio distrahantur et ad custodiam Domus et salutem Rei familiaris continere voluerit. Salutem a Domino. et mercedem inveniet. et ordinaria Collegii portione ceterisque sibi debitis emolumentis Consruentur. Qui autem ad certum diem ut dictum est vocatus non venerit iusta cessante causa. de qua Rectorem et Consiliarios infra perscriptum terminum certiores facere teneatur per testes aut autenticam scripturam. omni dolo fraude aut fictione Carentes ipso facto sint Collegio priuati.

Constitutio trigesima tertia de ordine sessionis tam in Capella quam in Mensa et Capitulo et ubicumque collegiatos contigerit conuenire. 33

Enimuero quia Charitatem et fraternitatem veram inter predictos scolares vigere cupimus: et ex prepositionibus et posterationibus invidias oriri ac zizanias increscere et Discordias gnari experimento didicimus. circo ut paci et quieti studentium Consulamus. ordinando statuimus quod tam in Capella quam in mensa et Capitulo ac ubicumque contigerit eos Collegiatos convenire. Incedant & sedeant ordine subscripto. Disponantur Collegiales in duobus Choris. quorum Dexterum tenebit Rector. et medietas presbyterorum et graduatorum et aliorum Collegialium usque ad Decem. In Capite sinistri chori sedebunt simili ordine. Primo presbyteri subinde graduati. tertio Alii Collegiales usque ad Decem. omnes inter se secundum ordinem sui ingressus. Dum tamen inter graduatos. theologi. Canonistis. Canoniste vero prefferantur legistis et Artistis. Inter graduatos autem uniusque ordinis si plures fuerint Antiquior in Collegio minus antiquo preferatur. Proviso quod Rector Cathedre theologie quidem corpore Collegii fuerit ceteros sui gradus etiam Antiquiores in Collegio precedat. & Rector Cathedre Iuris pontificii post eum immediate sedeat. Si vero Rectores Cathedrarum fuerint Baccallarii et alius de Collegio gradum licenciature vel Magistratus aut Doctoratus acceperit pro illo tempore

est supra Rasum scriptum ubi [illegible]. Valeat.

quo in Collegio manserit baccallarios etiā lectores precedat. et si fuerint plures tales ordo antiquitatis gradus ut paulo ante dictum est inter eos seruetur / Si tamē quis eorum qui precedere debent alijs in mensa sedentibus venerit. sedeat ultimo loco pro illa vice: ne sedentes quoquomodo perturbet. Excepto Rectore qui in suo loco semper sedeat. et dicte mulcte nō subsit.

Rector

Preterea volumus q si contigerit vaccare duos vel plures de uno choro Alij alterius chori loca eorum suppleant. Donec de nouo Recipiatur q ea impleant. tali q quo id fieri poterit semper chori sint numero pares uel quasi. Itē se transferentes ad alium chorum. accipiant loca sue qualitati et antiquitati debita. Que omnia disponet Rector aut presidens secundum ordinem paulo antedictum.

34

Constitutio trigesima quarta de hora prandij et Cene et pulsatione campanule. ac lectione mense et alijs id negocium concernentibus.

Item ut in omnibus ordo debitus seruetur. ordinamus et statuimus q omnes de Collegio personum Campanulle precepto Rectoris vel in eius absencia vice Rectoris vocentur ad prandium et ad cenam hora competenti qua pulsata omnes qui tunc Reffici debent sine mora sta ut principio benedictionis intersint. Conueniant in Reffectorio. et tunc Arbitrio Rectoris vel vice Rectoris aliquantisper expectato. Capellanus Epdomadarius iussus Benedictionem dicat. et quum a Mensa surrexerit Deogratias reddat secundum morem Romane Ecclesie. omnibus qui adsunt coadiuuantibus. et in fine gratiarum tam in prandio quam in cena comemorationem in specie pro animabus fundatoris et maiorum suorum ac benefactorum suorum omnes astantes facere teneantur videlicet. Requiem eternam. et vers. cum psalmo De profundis. et orationibus. Presta quesumus omnipotens Deus ut Animas famuli tui Roderici Sacerdotis et parentum suorum ac maiorum et benefactorum suorum in Congregatione iustorum eterne beatitudinis iubeas esse Consortes. et fidelium deus.

Si quis vero eorum qui Reffiniendi sunt Ante finitam benedictionem nō intrauerit Reffectorium. vino tūc illa vice priuetur. Si vero dicta benedictione et alijs discumbentibus venire distulerit carnibus vel piscibus pro temporis qualitate sit ea vice priuatus et ultimus in mensa sedeat. Si autem quis Antequam gratiarum actiones sint Reddite absque Rectoris

licentia de Reffectorio discesserit. peniteat die sequenti in pane et aqua 19
publice in terra coram omnibus. et alibi non comedat illa die ut penitentiam subterfugiat. Quod si secus fecerit Rectoris et Consiliariorum arbitrio puniatur quod autem dictum est de interessentia ad benedictionem et cetera habeat locum nisi collegialis tunc audiret vel legeret aliquem librum vel in negocijs collegij vel in aliquo negocio suo proprio gravi et urgenti esset occupatus.

In ultimo tamen casu volumus ipsum a Rectore si in Reffectorio fuerit vel ab eius sibi vicem gerenti qui in Reffectorio in absentia eius sit qui sederit priori loco licentiam habuisse. et taliter in his et similibus casibus habeatur excusatus. quam rem Arbitrio Rectoris vel vice Rectoris ut dictum est committimus conscientiam suam onerantes.

In ipso vero Reffectorio Rector faciat ordinate et honeste Discumbentibus deserviri in cibis et alijs necessarijs a servitoribus et famulis dicte domus Quibus deficientibus vel non sufficientibus. ab alijs de collegio prout sibi videbitur expedire. Proviso quod ministri mense quando attulerint cibaria aut suas portiones Discumbentibus a iunioribus et ultimis distribuere incipiant. et sic per ordinem. ut Exemplo Domini. Qui maior est fiat minor. usque ad primum in mensa procedant. Reffectionis vero tempore omnis honestas temperantia atque modestia servetur. et tam in prima quam in secunda mensa silentium teneatur. Nam volumus quod tunc unus collegialis vel Capellanus secundum ordinem Sessionis sue per ebdomadas suas a principio Reffectionis quousque a Mensa surgant Religiosorum more legat Alta voce et pedetentim ut ab omnibus commode possit intelligi.

Legatur autem primo Anno utrumque testamentum a principio usque ad finem. Secundo vero legantur Aliqua opera sanctorum Doctorum ecclesie. tertio vero Anno Aliqui tractatus Devoti quibus corda audientium moveantur ad sanctiorem puriorem quam vitam amplectendam. et ad inflammandum desiderium celestis vite. finito autem tertio Anno. idem ordo Repetatur. Sed in secundo et tertio Anno liceat pro Arbitrio Rectoris et consiliariorum opera Doctorum ecclesie et tractatus variare. Proviso quod hec statuta ter Anno in quolibet loco lectionis interlegantur. scilicet in principio studij post festum Sancti Luce immediate et in principio Quadragesime. et in Nativitate Sancti Joannis Baptiste. prosequendo ea usque ad finem

Marginal notes (right): non liceat exire et ... penitentie ... de ... silentiarij; Nota ... consiliarij ... et ... in ... precedenti; Lege in reffectorio ... ordinem ... statuit ... consiliarij 33; ter in anno ... statuta

Marginal notes (left): occupatus; silentium

in ventaria

Postquorum lectionum semper legantur inventaria ut infra disponetur
Capellanus vero in benedictione deficiens. et lector in dicta lectione sit eo
ipso portione illius hore privatus. Preterea sub periurii pena inhibemus
quod nullus audeat afferre ad mensam singularem escam potum vel. Quia
ex talibus singularitatibus et presumptionibus. solent inter collegiales invidie
et discordie ac detractiones et temeraria iudicia generari. Sed sicut commu
niter degunt: sic cibus potusque de uno pane et calice sit eis communis. nisi for
te ob infirmitatem vel aliquam aliam iustam causam quam eius discre
tioni et conscientie committimus hoc in particulari alicui concederet. Verum
si alicui in communi mensa discumbenti aliquod exenium mitteretur ab ali
qua persona honesta et omni suspectione vacua ponatur ante Rectorem
vel in Rectoris absentia vicerectorem et ipse illud distribuat inter omnes.

Quod nullus inveniatur afferens singularem escam — Rector

Prohibemus etiam districte sub pena periurii ne quis predictorum in sua
vel alterius camera prandeat sive cenet. nisi infirmus vel nisi iusta
urgens et rationabilis causa adesset. et cum licentia Rectoris petita
et obtenta. Qua ratione cessante Rector talem licentiam nullatenus
concedat. Super quo conscientiam eius oneramus.

hora prandii

Hora vero prandii exceptis diebus ieiunatiis que paulo tardior
Rectoris arbitrio erit. in estate hora nona. in hieme autem hora un
decima ordinarie habeatur. Cene vero tempus a principio studii usque
ad Quadragesimam hora octava post meridiem. Deinde per totum annum
hora quinta congruum reputamus. Mutandum tamen a kalendis sep
tembris usque ad principium studii et in magnis festivitatibus pro Rec
toris Arbitrio. Proviso quod quando cantande matutine sunt. Ce
na per unam horam anticipetur.

Item Mandamus districte quod inter prandendum cenandumque semper
Ianua Collegii sit clausa. Etiam prohibemus districte ne aliquis
capellanus vel scolaris extra Collegium prandeat vel cenet sine Recto
ris licentia speciali. et tunc cum iusta et rationabili causa. Et solum
in aliquo Monasterio aut loco Religioso vel [illegible]

prandere extra colle[gium]

fragmenta vero que in mensa et Coquina singulis diebus supere
runt. Diligenter ac munde collecta per Dispensatorem vel alium

fragmenta

[illegible] Valeat

ad id a Rectore et Consiliarijs deputatum erogentur pauperibus qui pre verecundia ostiatim nō petunt ad Arbitrium Rectoris et Consiliariorum. Proviso quod sub hoc pretextu amicis et consanguineis nō adeo necessitatis eiusmodi elemosinam nō impartiantur. Super qua re conscienciam eorum oneramus .:.

fragmenta

Constitutio trigesima quinta quod nullus possit extraneum invitare .:

Preterea prohibemus ne quis de Collegio. modo sit Rector modo quivis Collegialis vel Capellanus aut familiaris. quempiam exterum ad prandium vel cenam possit invitare etiam impensis proprijs. nisi ex aliqua iusta et rationabili causa et hoc possit solus Rector vel in eius absentia vice Rector cum consensu Consiliariorum aut maioris partis eorum. et in tali casu nō possit invitare nisi in Reffectorio et communi cibo aliorum. Si tamen contingat aliquem de Collegio gradum accipere vel novam missam cantare. permittimus quod illo die aliquos in moderato numero. scilicet quattuor ad plus proprijs impensis et in communi Reffectorio possit invitare. Dummodo tamen propter hoc silentium et lectio omnisque modestia Reffectorio nullatenus perturbetur. nec per hoc intelligimus inhibere quod Economus aut Dispensator de licentia Rectoris petita prius et obtenta nō possit prandium vel cenam potum ne aut collationem propinare portitoribus tritici vel vini aut alijs qui pro necessitatibus Collegij ei operas suas locant .:

invitare

portatoribus tritici vel vini et aliis qui necessaria collegio subministrant licet laboret pro tum [illegible]

Constitutio trigesima sexta quod nemo intret cellarium vel cellam vinariam vel coquinam .:

Denique quia experientia vidimus quod Collegiales nonnunquam intrant Cellarium et vinariam cellam ac coquinam absque necessitate aut causa honesta Ex qua re aliquando scandala et mala exempla oriuntur. et nonnulla inde damna Collegio sequuntur. Circo statuimus et mandamus quod nullus de Collegio nisi iusta interveniente causa intret cellarium quod expensa vocant. aut vinariam cellam que dicatur Bodega. aut coquinam. Qui si quis contra fecerit Rectoris aut Consiliariorum arbitrio puniatur. quorum etiam arbitrio decernimus. que causa iusta vel iniusta debeat reputari .:.

Constitutio trigesima septima de carnibus et piscibus vel ouis diminuendis de Collegio dandis quotidiebus et de augmentatione portionis. et carnibus salitis et fructibus a collatione sit danda .:

[illegible]

Ceterum quia norma viuendi certa et limitata precipue inter viros scolasticos vigere debet. Presertim dicente Dño apud lucam. Attendite vobis ne forte grauetur corda vr̃a in crapula & ebrietate. statuimus et ordinamus q̃ cuilibet de Collegio tam Rectori q̃ Capellanis et Collegialibus atq̃ Economo et Dispensatori. Media libra macellaria que est xvj. vnciarum Carnium vaccinarum vel vitularum vel Arietinarum vel vnam partem de vna Aliam de alia vel aliarum bonarum Carnium porcinarum Recentium vel sale Conditarum vel quarumcumq̃ aliarum ad arbitrium Rectoris pro varietate temporum mutandarum erogetur. ita q̃ tota totius diei portio dicte medie libre quantitatem nõ excedat. eaq̃ ministretur cũ ferculo Competenti ut Rector duxerit disponendum. Quarum Carnium maior pars in prandio et minor in cena tribuatur. vinum autem cum Aqua Rectoris Arbitrio temperatum & panem ac sal habeat in prandio et in cena quãtum voluerint et honestati Congruerit. Primis vero diebus Natiuitatis Resurrectionis et Penthecostes. et die Dominico Ante Carnes tollendas Ac ipsa tertia feria carnis priuij portio augeatur. in Auibus aut̃ in alijs Carnibus pro temporum varietate. ita q̃ prima Die Natiuitatis et die Dominica Ante Carnis priuiũ in prandio. et tertia feria Carnis priuij in prandio et in cena vltra ordinariã portioẽm Si fuerint galline. vna inter tres diuidatur. Si vero nõ fuerint. portio ordinaria duplicetur. In die vero Resurrectionis et Penthecostes in prandio portio Duplicetur. Diebus autẽ Jeiuniorum et alijs quibus Carnium esus nõ est licitus. in ouis aut̃ piscibus pro predictis portionibus erogandis tm̃ exponatur quãtum fuisset pro Carnibus expendendum. Cauto q̃ ieiunãtibus. Matutina et vespertina portio simul tribuatur. Si vero supradicti vellent carnes salitas vel fructus in principio pastus vel in fine. De summa principali subtrahatur tantum q̃ illa emi. et eis Comode ministrari possit.

Seruitoribus autẽ domus De Carnibus ouis et piscibus Alijsq̃ victui necessarijs prouideatur in minori quantitate iuxta Arbitrium presidẽtis. In diebus vero Jeiunij hora cene Signo Campanule Arbitrio Rectoris pulsato ad Collatioẽm Conueniant. et prebeatur Cuilibet potus

vi no ha [illegible] tum a[illegible] auctoritate papali

ferculum

vide vj. statu[illegible] [illegible] viij

[illegible] portio augeatur [illegible] vi. [illegible]

[illegible] magistri [illegible]

[illegible] ne hoc [illegible]

Competenter. Prohibentes expresse ne alicui panis vel vinum vel alia esculenta vel poculenta quam ut permittitur aliquatenus ministretur nisi forte alicui privatim ex aliqua causa legitima et honesta quam committimus Arbitrio Rectoris suam onerantes conscientiam .:~. (margin: collatio)

Constitutio trigesima octaua de infirmis & Medico et eius salario et de exequijs pauperum peragendis .:~

Quum autem non parum pietatis offitium sit infirmis in suis infirmitatibus subuenire. Ordinamus et statuimus quod si Rectorem vel de scolaribus et capellanis aut famulis quempiam contingerit infirmari pro recuperanda melius sanitate sublata sibi ordinaria portione ministretur ei que medicus iusserit ministrari pro cibo et etiam medicina si fuerit vere pauper. Caueat autem Rector et medicus ne pro infirmis vere pauperibus quia expensis collegij fiunt collegium grauent cibis et medicinis carioribus. Alij vero non vere pauperes precio portionis sue in pecunia sint contenti. & si amplius indiguerint de suo ea prouideant. Quis autem censeatur vere pauper Arbitrio Rectoris et consiliariorum relinquimus. Super hoc eorum conscientiam onerantes. Animaduertat autem Rector diligenti cautela ne ubi non est infirmitas ab aliquo confingatur. quia per alium quam vere infirmum dictis oneribus nolumus districte collegium grauari .:~.: (margin: in firmi)

Item volentes vere infirmis Medicum non deesse. statuimus quod collegium habeat unum medicum salariatum precio competenti qui infirmos huius domus sine acceptione personarum saltem semel in die teneatur visitare. et circa cuius subest curam fidelem ac solicitam diligentiam adhibere. Mandantes ipsi Rectori ut eiusmodi infirmis per familiares domus vel si ad id non sufficiant per alios impensis collegij ad hoc specialiter conducendos durante infirmitatis tempore sufficienter faciat deseruiri. (margin: medicus; Servitores infirmis)

Preterea teneatur Coquus talibus infirmis cibaria iuxta medici mandatum preparare. Verum quia corporales infirmitates nonnumquam ex peccato proueniunt. Dicente domino languido quem sanauerat Iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Precipimus quod quilibet infirmus infra biduum ad plus a manifesta infirmitate teneatur confiteri omnia peccata sua pure & integre in forma Christi ecclesie consueta

Post [illegible]

ita ut Confessoris sui testimonio constet et dominicum Corpus accipere nisi de consilio Confessoris ad tempus duxerit differendum. Quod consilium Simplicis Sacerdotis assertione credatur. Alioquin ex tunc Donec huic nostre Constitutioni paruerit. omnibus supradictis beneffitijs suspensus existat.

Si uero Aliquis de Collegio moriatur et tanta fuerit eius inopia quod libris et alijs bonis suis Venditis non possit Comode sepeliri Volumus quod honeste exequie ei pro sua Conditione in elemosinam paguatur a Collegio.

Constitutio trigesimanona quibus temporibus Collegiales tenentur Confiteri et corpus domini accipere. Et omittens quasit pena puniendus.

Cōfiteri

Adhuc quia iuxta prophete Sententiam. timor Domini est initium Sapientie et Sapiens ait quod in maliuolam Animam non introibit Sapientia nec in Corpore subdito peccatis. Ordinamus et statuimus quod quilibet Collegialis saltem ter in Anno. omnia peccata sua idoneo Sacerdoti deuote confiteri teneatur. Videlicet in Principio studij. Pro festo Sancti luce. et pro festo felicis natiuitatis Domini nostri Jhesu Christi et pro festo Resurrectionis eius. quo tempore etiam omnis christianus Vtriusque sexus de iure id facere tenetur. et totiens Corpus Domini accipiat et pluries si voluerit. et eis Dominus inspirauerit. Quod si predictis diebus ob aliquam legitimam Causam quis fuerit impeditus ita ut Corpus domini Recipere non possit infra Decem dies proxime sequentes recipere teneatur. Vero si de causa Rectori alias suspectus extiterit. teneatur eidem facere fidem. Saltem per cedulam presbiteri cui Confessus fuerit.

Qui autem in Confessionibus et Comunionibus predictis implendis defferit iusto cessante impedimento quoad Comunionem. prima vice sit ipso facto priuatus totius Anni prouisione. Secunda vero vice prouisione Duorum Annorum. tertia autem vice a Collegio penitus expellatur.

[illegible] et de provisione

Constitutio Quadragesima de Actibus Collegialium circa diuinum offitium audiendum et dicendum singulis diebus.

Volumus autem et districte precipimus quod Quilibet Collegialis Vnam missam die quolibet audiat necessario. Qui vero non audierit iusto impedimento cessante de quo per se vel alium teneatur Rectorem facere

missa audire

certiorem . tota illius diei portione pro vice qualibet sit privatus que pena nullo ei pacto Remitti possit. Qui si quod absit fuerit contumax . crescente co-tumatia crescat et pena vsq ad de collegio expulsionem .:-

¶ Preterea ordinamus qd quilibet in sacris ordinibus constitutus aut habens eccliasticum benefficium totum divinum offitium prout etiā de iure tenetur absoluat .:-

Alii vero etiā qui in minoribus aut saltem in prima tonsura necessario esse debeant ad minus offitium virginis gloriose . Secundum Ritum quē Sancta hispalen tenet eccl'ia quottidie dicere teneatur . Arbitrio Rectoris si secus fecerint puniendi . Vt aūt ad excusandas excusatioēs in predictis occasio tollatur . Precipimus qd quilibet collegialis in minoribus ordinibus constitutus habeat proprium codicem in quo offitium virginis cum aliis deuotionibus ut apud bibliopolas vendi solet contineatur .:-

recitare

¶ Constitutio Quadragesima prima de numero et offitio Capellanorum et de eorum deffectibus supplendis .:-

¶ Preterea ordinamus et statuimus qd in dicta Domo semper esse debeant quattuor Capellani qui in Capella Sancte Marie de ihu predicti Collegii Divinis offitiis deseruire teneatur . Quorum duo alternatim per epdomadas missam Collegii . Alii duo Missam Dñi garsie del alcacar vicissim per epdomadas ut prope finem huius Constitutionis plenius dicetur celebrent . Itaq quottidie due misse eorum nō desint . Missa Collegii dicatur de die secundum offitium currēs. Excepto qd si fuerit festum Prime vel Secunde dignitatis in quo secundum ordinem missalis vna tm collecta dicenda sit . in fine eius collecte dicatur . Et Animas famuli tui Roderici Sacerdotis et parētum fratrum ac maiorum et benefactorum suorum ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas . Si vero fuerit dies in quo secundum ordinem missalis plures collecte dici possint . Semper interponatur vna collecta de mortuis s. prima collecta .:-

misse

oratio

¶ Presta quesumus Dñe vt Anima famuli tui Roderici sacerdotis, quē in hoc seculo commorātem : sacris muneribus decorasti : & nunc . parētum ac maiorum fratrū et benefactorum suorum in celesti sede gloriosa semper exultet .:-

. Secreta.

Suscipe quesumus Dne pro Animabus famuli tui Roderici Sacerdotis et parentum ac maiorum fratrum et benefactorum suorum quas offerimus hostias ut quibus fidei donasti meritum: Dones et premium.:

Post Communionem.

Presta quesumus Omnipotens deus ut Animas famuli tui Roderici Sacerdotis Parentum et maiorum fratrum ac benefactorum suorum in Congregatione iustorum eterne beatitudinis iubeas esse Consortes.:

Alij vero duo Capellani cantabunt Capellaniam D. garsie per epdomadas suas ut dictum est. s. Dicendo quottidie vnam missam pro eo et maioribus ac Sororibus suis. Et hec missa erit prima s. ante lectiones in diebus lectiuis. Missa vero Collegij post lectiones vel hec tertia etiam missa Capellanie D. garsie dicatur de officio Currenti addita Collecta pro defuncto. Excepta Secunda feria in qua semper dicatur de Requiem.:

Missa vero Collegij in Secunda feria semper etiam dicatur de mortuis pro fundatore et parentibus ac maioribus et fratribus et benefactoribus suis nisi fuerit festum maius. s. a clero et populo obseruandum. Quo casu prima missa dicatur De Requiem vt dictum est. Et Secunda dicatur de festo. hora vero dicendi missam sit talis quod omnes Collegiales prime vel Secunde misse interesse possint. quod Arbitrio Rectoris et Consiliariorum Relinquimus pensatis temporum Conditionibus et lectionum horis.:

ora. arbitrio. rect

Si vero Ambo Capellani vellent quottidie celebrare. Deuotionem eorum in dno Comendamus. Vnus tamen eorum vt dictum est necessario dicere teneatur sua epdomada missam et Alter ei assistat prout Rector inter eos disposuerit. Cui Rectori in omnibus capelle seruitium Concernentibus tam in diuinis quam in alijs. Capellani necessario obedire teneantur. Si vero Aliquis dictorum Capellanorum in celebratione ad quam necessario tenetur defferit. Medio regalis argenti pro qualibet vice pena mulctetur. Quam pecuniam Alicui presbytero de Collegio si sit qui vellit celebrare. vel si domi non sit Alicui de extra Collegium ut eadie vel sequenti saltem loco deffitientis celebret erogetur. Et sit presbyter qui deffectum eius supleat procedere Comode haberi non

pena

Die sequenti

Dest supra primam lineam appossitum. vbi dicit Roderici. et interlineas vbi dicit et fratribus et vbi dicit capellani

possit . dicta pecunia pauperibus tribuatur pro Animabus dicti fundatoris
et parentum fratrum ac benefactorum suorum . Si vero dictum Capellanum in dicta
celebratione ex aliqua iusta et rationabili causa contingerit impediri . Conce-
dimus ei ut per alium loco sui possit facere celebrari . Examinationem ve-
ro cause committimus Rectori cum consiliariis . Conscientiam eorum onerantes
Si vero morte vel alio casu ex dictis Duobus Capellanis . Alterum vel utrumque
contingat deficere . ne res divina quoquomodo intermittatur . Precipi-
mus quod quamprimum Alius vel alii idonei et honesti querantur & loco illius vel
illorum debeant collocari . Quod si forte tales tam brevi Reperiri non poterint
Rector per scolares presbyteros de collegio si qui sint vel per alios presbyteros de extra
collegium eorum faciat suppleri deffectum . Quibus de Salario provideat
prout Discretioni sue videbitur expedire pro rata temporis et servi- [illegible]
tii :-

Et quoniam iustitie distributive offitium est magis laboranti aut
plus mercedis aut exonerationis impartiri . Volumus & mandamus quod
Quicumque Capellanus qui quamcumque capellaniam collegii cantaverit
habeat pro premio laborum quos ultra alios collegiales sustinet . gradus — gradus gratis
quos in collegio receperit gratis . Itaque de Baccallariatu aut licenciatu-
ra aut magistratu aut Doctoratu nihil solvat Collegio . Aut quicquid
Examinatoribus Bidello et notario dandum fuerit ex Collegii Archa
persolvatur . Dumtaxat cursus suos ad gradus minorem & maiorem — excludit impensam dispensationis
existens Capellanus et serviens in collegio compleverit . Alias vero suis
impensis ut ceteri gradus capiat :-

Constitutio Quadragesima secunda quomodo Capellani et Collegia-
les se debent habere circa divinum offitium peragendum Diebus
minus magisque Solemnibus :-

Item ordinamus et statuimus quod dicti Capellani et Rector Collegiales que — offitium divinum
in diebus Dominicis & aliis festivis . Duplicibus vel solemnibus
que intelligantur illa esse que Clerus et populus observat . Vesperas ho-
ra debita in vigilia . et missam sequenti die hora tertiarum ac vesperas se-
cundas hora condecenti . cum nota dicere teneantur . & similiter in tota
ebdomada sancta . totum divinum offitium solemniter sicut fit in co- — vi
llegiatis ecclesiis precipimus celebrari . Quibus omnibus offitiis celebran-

dis debeant omnes Collegiales interesse cum Superpellicijs suis et deser-
uire in officio prout Rector eis dixerit imponendum. Qui vero urgenti
causa cessante Misse non interfuerit Antequam incipiatur prima Collecta.
et Vesperis Antequam Primus psalmus finiatur. totam illius diei por-
13 tionem perdat. Addijcientes quod Dispensator in die parasceue ante adora-
tionem crucis expensis Collegij cuilibet Collegiali unum miriadum quod vul-
go marauedi vocant viritim distribuat cruci offerendum. Et huius
diei oblatio cum alijs que Collegio ex funeralibus prouenerint prout
de iure debetur Parrochie matrici Ecclesie in qua situm est Collegium
eadem die precepto Rectoris per unum Capellanum fideliter consignetur.:—

In festis autem Duplicibus maioribus scilicet Natiuitatis Domini cum duobus seque-
tibus Circumcisionis. Epiphanie. Resurrectionis. Ascensionis. Pe-
thecostes. Trinitatis. Corporis xpi. Et in festis gloriose virginis Ma-
rie. Natiuitatis beati Joannis Baptiste. ac Sanctorum Apostolorum petri
et Pauli. beati quoque Jacobi Patroni hispanorum. et in festiuitatibus
quattuor Doctorum ecclesie. Ac Sanctorum Jsidori et Leandri. necnon diui
thome Aquinatis. Ac sancti nicolai et beate Chaterine. ac sancti Mi-
chaelis. et omnium sanctorum ac sequenti die in commemoratione deffunc-
Dies dedicationis Capelle. torum. et in Dedicatione Capelle que fuit: Decima septima die mensis
May Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexto. Vesperas hora congrua
[M]atutine in vigilia. et Matutinas tam in hieme quam in estate post cenam dicere te-
neantur. Prouiso quod Cena anticipetur per horam antequam alijs diebus
fieri consueuit. Missa quoque sequenti die hora tertiarum. et Secunde ves-
pere eadem die hora competenti cantentur. Sed Matutinas Natiuita-
tis Domini nostri ihesu xpi media nocte cantari. Et lectiones integras sine
interpositione Cantionum vulgarium serio ut Diuinam rem decet
dici iubemus. Prouidentes etiam ut Diuina officia cantentur in capel-
la Collegij Submissiore voce instar hieronimitarum. Exceptis him-
nis et Cantiis que Altiori voce psalli volumus.:—

Preterea ne officia studentium prorrogentur inhibemus ne organa
in Capella unquam esse permittantur. Addijcientes quod quotiens in Comme-
moratis diebus in dicta Ecclesia Cathedrali erit sermo. Missa cele-

bretur tali hora quod Collegiales possint interesse sermoni ex quo inestimabilis haurritur utilitas: quam rem Rector diligenter provideat.

Precipimus preterea quod Divinum offitium dicatur in dicta Capella secundum sancte ecclesie hispalen ritum. Qui vero matutinis usque ad finem inuitatorij inclusiue non interfuerit. et usque ad finem matutinorum non perseueraverit legitima cessante causa. Sequenti die in pane et aqua coram omnibus ultimus ad primam mensam peniteat. Etiam volumus quod quolibet sabbato tempestiue cantetur prima missa de Domina nostra medio tono instar hieronimitarum. cui omnes teneantur interesse cum superpellicijs. Et celebrabit eam Epdomadarius prime misse. nisi Rector vel Alius collegialis sua deuotione eam celebrare voluerit. et qui huic misse ab introitu usque ad ite missa est inclusiue non interfuerit. portione illius diei sit priuatus. Vesperi autem sabbati hora consueta Salue Regina sine interpositione aliarum laudium semper cantetur et in fine fiat comemoratio pro Animabus fundatoris parentum maiorum fratrum ac benefactorum ut in fine gratiarum ad mensam institutum est.

Constitutio Quadragesima tertia de offitio peragendo a collegialibus pro animabus fundatoris et parentum ac maiorum fratrum et benefactorum suorum.

Preterea quia prefatos collegiales attenti tanti beneffitij quod in Collegio quottidie recipiunt Reddit gratitudinis offitium obnoxios Monemus eos et exortamur in Domino quod dicti fundatoris et parentum ac maiorum fratrum et benefactorum suorum Animas in suis orationibus et sacrifficijs semper deo deuote comendent. Verum ut pro predicto beneffitio in domo domini Aliquid speciale offerant pensionis. ordinamus et statuimus quod quilibet Sacerdos de collegio pro dictis Animabus una saltem missam in mense celebrare teneatur nisi fuerit legitime impeditus quo casu una die illius mensis loco illius misse Integrum offitium Defunctorum dicere teneatur. Alij vero omnes non presbiteri semel in qualibet Septimana. Septem penitentiales psalmos cum letanijs et orationibus omnibus dicere teneantur. Siquis autem ingratitudinis que est ventus

pereat · Urens vitulaboras hoc salutare statutum implere neglexerit Rectoris Arbitrio, et necessario que omiserit dicere teneatur et de impletione huiusmodi obligationis et eius que circa offitium virginis dicendum institutum est teneatur quilibet super hoc Requisitus fidem facere Rectori etiam si pereat proprio juramento.

Constitutio Quadragesima quarta quot et que Anniversaria dicere tenentur annuatim Capellani et collegiales.

Rursus ordinamus et statuimus quod quolibet Anno certentur in collegio quinque Anniversaria ordine subscripto. scilicet primum pro maioribus
anniver. 1. 9 ffebruarii 2 · et fratribus ac benefactoribus fundatoris. Secundum vero pridie ante diem Depositionis fundatoris in vesperis. et sequenti die in missa
22 ffebruarii · et ea die depositionis scilicet 22 ffebruarii quilibet collegialis et capellanus dicti collegii totum offitium Defunctorum pro ipsius fundatoris et maiorum fratrum ac benefactorum suorum animabus dicere teneatur.

3 22 julii · Ceterum quia Maria Sanchez femina Religiosa singulari prudentia sua et sedula sollicitudine multum per omnem modum zelo dei ascensa contulit ut collegium a principio ad finem usque conduceretur et in multis aliis longo tempore pio et materno amore ac vigilanti sollicitudine integritatem et Religionem domus nostre sustentauit et auxit. Ne ingratitudinis vitio quod absit merito damnemur. tertium Anniversarium simile pro ipsius et suorum Animabus singulis annis ea die qua viam universe fuerit scilicet xxii mensis Julii ingressam precipimus celebrari. Verum quia Dna Eleonora del alcacar femina honesta et vere Religiosa Soror. D. garsie del Alcacar nobis nomine
4 23 julii · collegii Centum quinquaginta millia miriadum donauit ad emendam dotem pro vna capellania perpetua in collegio creanda. et duobus Anniversariis dicendis. vno pro Anima dicti. D. garsie del Alcacar et parentum ac benefactorum suorum. Die sue depositionis scilicet vigesima tertia die mensis Julii ——— Anniversarium
5 8 martii · vero duarum Sororum celebrabitur in die Depositionis Dne. Eleonore. scilicet octauo ——— die Mensis martii ——— In omnibus vero dictis

quinqꝫ Anniuersarijs solum quattuor cereos in vigilia et missa arde
re volumus. Alio pro animabꝫ dicte dnē Eleonore & anne del alcaçar
ac parentum & benefactorum suorum. et nos noīe Collegij. Suscipimꝫ dona
tioēm aceptauimus et stipulati sumꝫ. Volumꝫ et districte mādamꝫ
ꝗ tam dicta Capellania perpetua qꝫ dicta duo Anniuersaria Canten
tur annuatim in dicto collegio. Cuius omnia bona ad id opus implen
dum imperpetuū obligauimꝫ ut latius patet per quoddam Instrumen
tum inter dictam Dnām et nos tanqꝫ patroni ꝓprio et Collegij no
mine celebratum quod inter alia Iura Collegij in archiuijs condi iussi
mus. Modus aūt Cantandi Capellaniam in gˢ est expssus. Item vo
lumꝫ et mādamꝫ ꝗ missa Collegij que est Secunda in kalendis Iunij di
catur pro Defuncto Petro gundisalui del alcocer Doctore iuris pon
tificij et Canonico hispalen. qui Quinqꝫ volumina Vniuersitatj collegio
legauit .:.

alia missa pro licen... brado. i libros suos collegio legauit hoc condicione

Siquis vero Capellanus vel Collegialis officij gratitudinijs Inmemor
nō interfuerit omnibꝫ officijs supradictis iusta et legitima causa
cessante. de qua fidem teneatur facere Rectori vel propriū Iura
mentum. aut circa illa negligens fuerit vel Remissus aut Rectori
ca in re modo aliquo inobediens in pane et Aqua corā omnibus
illo die peniteat. vel alias Arbitrio Rectoris pena grauiori casti
getur .:.

pena nō interessentis officijs de...

Constitutio Quadragesima quinta que persone possint in collegium
intrare ad audiendum diuina vel ad visitandum Collegiatos et
de punitioe illius qui Mulierem aliquam Intromiserit .:.

Volentes honestati domus et Animarum saluti Consulere ordi
namus et statuimus ꝗ in Capella dicte domus ad diuina officia audi
enda vltra Domesticos possint quiuis alij siue sint clerici siue laici
conuenire. Duntamē ex hoc nulli preiudicium generetur. Pre
terea honeste mulieres vicine quādo missa celebratur possint eam
audire. & missa dicta absqꝫ confabulatione vel vnius verbi cū
Aliquo de Collegio qꝫ primum abscedere. Et quia conuersatio mu
lierum etiā honestarum qꝫ maxime viris ecclesiasticis et scolasticis est periculosa et

qꝫ inter lineas scriptum. vbi dicit. et scolasticis .:

Ac proinde quam diligentissime vitanda. Interdicimus expresse ac districte inhibemus ne quis mulieres aliquas quantumcumque honestas in dicto Collegio audeat modo aliquo introducere. Qui vero secus fecerit graviter a Rectore cum Consiliariis puniatur. nisi forte Mater vel Soror aut tales persone inter quas naturale fedus nihil permiserit perniciosi sceleris suspicari venerit aliquem visitatum. nam tunc de licentia Rectoris prius petita & obtenta tales introduci possint per earum coniunctos ad videndum domum et per breve tempus ac publice retineri. Si vero aliqua Domina vel honesta mulier ducta aliqua curiositate que solet feminas etiam honestas et bonas aliquando pulsare voluerit videre Collegium. per duos Capellanos a Rectore nominatos introducatur cum comitiva sua qui inferiores partes Collegii ei ostendant et quousque domum exeant eam comittentur. Cameram tamen alicuius aut secretum aliquem locum nullo pacto mulieres intrent. Ad pernoctandum vero quantumcumque sint coniuncte persone aut quacumque ratione vel causa sive exquisito colore etiam gravissima infirmitate urgente minime admittantur. Unde quicumque sit Rector aut quivis alius qui ad pernoctandum in dicto Collegio quacumque occasione vel quovis quesito colore mulierem aliquam retinuerit etiam si sit mater vel soror vel alia quantumcumque coniuncta persona etiam etate decrepita ultra penam periurii in quam incidat sit privatus ipso facto omni iure quod ad Collegium habuerit & de ipso protinus irremissibiliter expellatur.

(In margin: mulieres — Mulieres pernoctare in Collegio minime possunt — irremissibiliter)

Constitutio Quadragesima sexta de actibus exercendis per Collegiales tam in lectionibus quam in disputationibus et quod non implicent se negociis.

Demum quia teste philosopho ex actibus frequentatis generatur habitus ordinamus et statuimus quod omnes et singuli de Collegio quottidie ad minus audiant unam lectionem in sua facultate. nisi legitima causa impediat. Qui vero omiserit. portione illius diei mulctetur per Rectorem irremissibiliter. Item quia ut ait Sapiens ferrum ferro acuitur. & sic vir in facie proximi sui. Mandamus quod tam in estate quam in hieme post prandium immediate diebus dominicis et aliis festis que populus observat per triduum ante proposita conclusio et affixa a Theologo. et a Canonista per turnum in foribus generalis

sine facultatis sustentetur. Ad quam quilibet de vna facultate seorsum ab alijs conueniat et modeste ac ordinate arguant. Et si conclusionem propositionis euadere argumentum forsitam ignoraret. Prouectior consociorum cui lector demandauerit illum pro viribus sua diffendere teneatur. Et si aliquod in concertatione dubium remanserit lector illud aperiat et diffiniat. Verum quia aliquando nimis elongantur huiusmodi contentiones et in eis multum temporis perditur ad mandatum lectoris desistat Arguens vel Respondens.

Volumus etiam quod quilibet de collegio studens ad ponendas et sustentandas dictas conclusiones ut dictum est per turnum in sua facultate teneatur sub pena priuationis portionis trium dierum. Que pena crescat crescente contumatia. quam penam Rector cum suis consiliarijs diligenter exequatur contra inobedientes aut scandalosos ipsosque scolares et etiam capellanos in domino exortamur quod tam in his quam in ceteris grauiter ac modeste ac vrbane et comiter se habeant inter se. vt proffitientes de virtute in virtutem in via Domini conualescant. non vagentur per ciuitatem sed Domum contineant. Ac lectionibus obnixius et indefesse indulgeant. Quia secundum hieronimum. Clericum facit solitudo non publicum. Et Beatus hieremias de talibus ait. Bonum est iuueni si portauerit iugum ab adolescentia sua sedebit solus et tacebit quia leuauit se super se. Et Sapiens ait Percurre prior in Domum tuam et illic aduoca te et age conceptiones tuas. Vnde ne occasionem diuagandi habeant. et quia nemo ut ait Apostolus. Millitans xpo implicat se negocijs secularibus. Districte inhibemus ne se negocijs immisceant aut ea querant. Quinimo si sponte se obtulerint a se prorsus excuciant. vt non negociatores sed Doctores et Sapientiores in fine sui octonarij a collegio discedant. Quapropter si contingat esse studium generale in hac vrbe expresse prohibemus ne collegiales aliquod offitium etiam si fuerit pium in eo habere possint. Etiam inhibemus sub pena periurij et priuationis prouisionis vnius Anni in quam mandat ipso facto ne quis collegialis possit predicare in tota ciuitate extra collegium nisi bis in Anno. Et postquam per quadriennium theologie operam dederit in collegio. Item qui vsus pre

est intelligens ... portionis ... valeat

Ad mandatum lectoris arguentes debent desistere.

conclusiones.

consiliarij

Vagatio

de lingua latina — sertim in loquendo maximam vim habet et condecet viros scolasticos latine loqui. ordinamus et statuimus quod omnes de collegio etiam famuli si rudimenta gramatice calluerint latine semper loquantur. sub pena unius imiadis pro vice qualibet ad quod melius exequendum Accusator per turnum deputetur quolibet mense. Arbitrio Rectoris puniendus si se negligenter gesserit :-

Constitutio Quadragesima septima quomodo Collegiales se possunt opponere cathedris vel substitutionibus ac lecturis extra collegium :-

Preterea ordinamus et statuimus quod si aliquando in dicta urbe ad aliquam lecturam se opposuerint aliqui lectores et inter eos plures collegiales se opponere voluerint ad vitandam inter eos zizaniam et discordiam. quilibet eorum lectionem inter collegiales legat de materia sibi per Rectorem et consiliarios consignata. Post hec vero omnibus simul in capella vel sacristia congregatis. idem Rector jurabit et ab alijs juramentum exiget quod nullus eorum odio timore gratia vel favore votum suum prestabit nisi ei quem secundum Deum et bonam conscientiam ad dictam lecturam regendam sufficientiorem crediderit. Quo prestito omnes singulatim balotent pro singulis. Et qui plures habuerit balotas solus ad lecturam se opponere possit :-

Constitutio Quadragesima octava quo tempore porta claudi debet et de pena infligenda illis qui clausa porta venerint. aut per fenestram vel parietes exierint vel a collegio se absentaverint :-

pernoctare — Ceterum quia pernoctare extra domum minime congruit scolastice honestati. ordinamus et statuimus quod quolibet vesperi quando Ave maria pulsatur quo etiam tempore campanam collegij pulsari mandamus. Porta maior collegij claudatur per aliquem ad hoc specialiter a Rectore et consiliarijs deputatum. et claves incontinenter in manu Rectoris reponantur. nec aperiatur dicta porta donec clarescat dies. qua ita lucescente ut prius in manu discreti possit Rector vel aliquis fidelis ab eo missus aperiat eam. Et tunc liceat impune cuicumque exire domum nisi forte aliquis casus necessitatis occurrerit quem in arbitrio Rectoris et duorum saltem consiliariorum dimittimus propter quem aliqua portarum

27

foret necessario aperienda. Porta vero servitij semper maneat clausa. et clavis eius apud Rectorem. De cuius licentia ad aliquod servitium necessarium aperienda sit. quo finito quam primum claudatur. et clavem Rector Recipiat. et servet diligenter.

Siquis autem de Collegio post clausam Portam venerit ad Collegium. nullatenus ei aperiatur nisi per Rectorem et Duos ad minus Consiliarios. et nihilominus sequenti die in pane et aqua in terra peniteat in prandio coram omnibus. et nullus alius ei cibus usque ad cenam ministretur nisi aliqua iusta et rationabili causa que per Rectorem et Consiliarios vel maiorem partem eorum probetur ipsum legitime excusaverit. Super quo eorum conscientiam oneramus.

Si vero secundo in eundem errorem inciderit. tribus continuis diebus in pane et aqua in terra coram omnibus peniteat sine ulterioris alia spe. Si autem tertio id committat ipso sit facto privatus omni iure quod ad Collegium habet et de illo protinus statim expellatur.

Deinde siquis de Collegio etiam famulus extra Collegium pernoctaverit sine Rectoris et Consiliariorum licentia speciali quam nisi ex iusta urgenti et rationabili causa concedi alicui prohibemus. quam causam eorum arbitrio committimus suam conscientiam onerantes. Pro prima vice sit privatus medietate provisionis totius anni et tribus diebus in pane et aqua in terra coram omnibus peniteat. Pro secunda vero vice sit privatus provisione totius anni et nihilominus sex diebus in pane et aqua coram omnibus in terra peniteat. Pro tertia autem vice de Collegio protinus expellatur.

Rector vero qui nisi de consensu maioris partis Collegij per balotas obtento et pro causa honesta et necessaria extra Collegium pernoctaverit ipso facto sit privatus officio Rectoratus pro prima vice. pro secunda vero et tertia pari pena cum alijs plectatur. ut paulo supra diffinitum est.

Constitutio Quadragesima nona qui vitium carnis in Collegio commiserit aut concubinam occultam vel publicam habuerit. ius ad Collegium perdat.

Amplius autem statuimus et ordinamus quod Quicumque in Collegio vitium carnis commiserit aut in tota civitate vel extra eam publice vel occulte concubinam habere convictus vel cum aliqua deprehensus fuerit. ipso facto Collegio privatus existat. Super qua re ipse Rector cum suis Consiliarijs audito Rumore de infamia Auctoritatem omnesque inquirendi

Marginal notes: si e collegiatus, si minoris [?] ; statim. ; pena extra collegium [?] ; de provisione et [illegible] ; [illegible] in ista constitutione

habeat ac Constito de veritate no(n) tenetate tali que nulla possit tergiversatio(n)e cellari vel legitima simpli et de plano sine strepitu figure iudicij habita probatione vel informatio(n)e ip(su)m de Collegio expellant. Q(uod) si dicti Rector et Consiliarij huius n(ost)re constitutionis executio(n)em dissimulaverint ipso facto in s(ente)n(ti)am Ex(communicati)o(n)is et privationis ab omni jure quod ad collegium habent incurrant. Et d(omi)ni visitatores cum toto Collegio sub pena perjurij quam Collegiales no(n) corrigentes aut faventes aut non exequentes ipsa omissione incurrant tam Reum q(uam) negligentes executores legis a Collegio irremissibiliter p(er)petuo expellant.

Constitutio Quinquagesima q(uod) nullus de Collegio intret domu(m) vini.

Statuimus etia(m) et ordinamus q(uod) nullus de Collegio quovis quesito colore intret tabernam in tota civitate vel domum alicuius vinarij. et intelligimus vinarium qui habitat intra totum Ambitum Curie xericiensis & Arcis veteris q(ue) vulgo dicuntur El Corral de xerez y El Alcaçar viejo. Q(uod) si aliquem Rectorem vel Collegialem vel Capellanum vel famulum contrafecisse comperiatur. ipso facto sit Collegio privatus et de eo modo in supradicta constitutio(n)e exp(re)sso p(ro)tinus expellatur.

Constitutio Quinquagesima prima q(uod) nemo dormiat in camera alterius.

Ordinamus preterea & statuimus q(uod) quivis de Collegio in Camera sibi consignata die ac noctu dormiat. et ad Cameram alterius nullo pacto ad dormiendum se trasferat. nisi in casu quo Collega infirmaretur. et pietatis atq(ue) animi teneri gratia id faceret. et in tali casu fieri no(n) possit nisi omnino licentia Rectoris prius petita & obtenta. Super qua re Conscientiam Rectoris oneramus. Qui aute(m) transgressor huius Constitutionis extiterit. Pro prima vice a portio(n)e sex dierum privetur. pro secunda vero portione unius Mensis. pro tertia autem toto jure Collegij sit ip(s)o facto privatus.

Co(n)stitutio Quinquagesima secunda q(uod) nemo extraneus in Collegio dormiat.

Etiam ordinamus et inhibemus sub pena ex(communicati)o(n)is quam ipso facto incurrat Recipiens. & privationis portionis semestris eidem Recipienti et Rectori no(n) puni(en)ti. vel cuivis scienti et non Revelanti q(uod) nemo

Extraneus cuiuscumque condictionis aut gradus consanguinitatis aut affinitatis aut amicitie sit cum aliquo de collegio dormire ibi die aut nocte possit. Nec aliquis eorum qui ad ecclesiam immunitatis gratia confugiunt Super qua re Rectori et omnibus de collegio dispensandi facultatem omnino addimus.

Constitutio Quinquagesima tertia q Rector quotiens voluerit possit intrare cameram cuiusque de collegio.

Item ordinamus et statuimus q si Rector in cameram cuiuscumque de collegio die noctuque intrare voluerit incunctanter illi aperiatur et liberecam explorare possit. Qui si quis de collegio Resistere voluerit ipso facto sit collegio privatus.

Constitutio Quinquagesima quarta q nemo sine collega extra collegium exeat et [illegible]

Quoniam constat nobis doctrina domini binos collegas salubrius atque honestius incedere. et Sapiens ait. Ve soli quoniam si ceciderit non habet sublevantem. Rursum Aristoteles dixit. Duo simul euntes in omni re validiores erunt. et ita conducat honestati collegialium qui bene institutis Religiosissime ita semper utuntur. Statuimus et ordinamus q nullus de collegio exeat per civitatem nec etiam ad campum sine collega et in rationabili causa ac licentia Rectoris aut in eius absentia vice Rectoris petita et obtenta nisi ad lectionem vel sermonem iuerit.

Constitutio Quinquagesima quinta q semper servetur silentium presertim in choro Reffectorio et Capitulo. et pulsationes instrumentorum musicorum aut choree in collegio inhibentur.

Proinde quia silentium in choro Reffectorio et Capitulo ecclesiastice honestati et scolastice utilitati maxime conducat. Presenti constitutione sanximus q in dictis locis strictissime observetur. et contrafacientem Rector aut in eius absentia primo sedens in dictis locis pro eius arbitrio graviter puniat.

Preterea quoniam secundum sanctorum patrum sententiam in choreis crebrius et facilius Diabolus hominum animos illaqueat sibique devinat. Presenti constitutione sanximus q in collegio non fiant choree

At. C. [illegible] constitutio [illegible] et [illegible] [illegible]

Vide p[illegible]

aut Dance vel instrumentorum musicorum pulsationes quibus proculdubio et mens a contemplatione et abstudio distrahitur ac collegarum mentes alterantur. Qui vero contrafecerit etiam in die acepti gradus aut cantationis noue misse. Ultra penam periurij quam incurrat ipso facto arbitrio Rectoris et consiliariorum puniatur.

x [illegible] la. costi [illegible] Dinj ma [illegible]

Constitutio Quinquagesima sexta de ludo vitando.

Quia ex illicitis ludis multa incomoda maxime studentibus sequuntur. ordinamus et statuimus quod nemo Domesticus aut extraneus in collegio possit ludere ad aleas. taxillos vel cartas vel pilam vel sacos aut cetera his similia. Qui vero contrafecerit propima vice provisione Duorum pro secunda vero quattuor mensium. Pro tertia omni iure quod in collegio habet sit privatus. Quam penam etiam volumus incurrere Rectorem vel in eius absentiam vice Rectorem si quem extraneum permisserit in collegio aliquem predictorum ludorum exercere.

ludere

Constitutio Quinquagesima septima de Murmuratione et contentione vitandis in Reffectorio et coquina vel alibi. et de pena eius qui non obedierit Rectori muldtanti aut negata portione rapuerit et quid agendum si contentio inter Rectorem et aliquem de collegio viderit.

murmuratio

Volumus etiam ||et mandamus quod nullus collegialium aut capellanorum cuiuscumque sit condictionis murmuret aut tumultum faciat in Reffectorio aut in coquina vel alibi. quia ei non datur talis portio qualem vellet etiam si tota ||ei portio aufferretur aut ob aliam causam. Sed si aliquid gravaminis aut iniurie sibi illatum senserit pacifice ac modeste conveniat. postea Rectorem et si opus fuerit consiliarios. aut aliquem vel aliquos eorum. et proponat eis querellam suam. qui sine mora ac dollo et fraude iustitiam sibi administrent. Quod si quis secus faciens pacem turbaverit in pane et aqua in prandio et in terra coram omnibus una vice peniteat. Si vero contentio murmur vel tumultus inter collegiales ortus fuerit Rector quamprimum diligentissime illud pacare studeat. et postea cum consiliarijs suis auctorem et

est inter lineas. ubi dicit et mandamus et ubi dicit ei. valeat

Causas inquirat et quem in culpa invenerit iuste puniat .:-

Volumus etiam quod siquis per Rectorem sine consiliariis aut aliis ob horum statutorum transgressionem mulctatus fuerit et non pacienter tulerit atque obedierit. Crescente inobedientia crescat et pena. Quod si quis mulctatus ——— portione eam rapuerit ipso facto sit a collegio perpetuo expulsus. quamquidem expulsionem omnes collegiales protinus exequantur .:-

Verum si inter Rectorem et quempiam de collegio contentio orta fuerit ipsi consiliarii aut duo eorum sub pena eius visa silentium liti imponant. Ad quod servandum tam Rector quam cum eo contendens sine mora teneatur sub pena privationis portionis unius mensis. ad quam exequendam consiliarii cum omnibus collegialibus sub periurii pena teneantur. Et nihilominus consiliarii habita informatione veridica si Rectorem reum invenerint charitative eum moneant ut a ceptis desistat: et temperet. Et si quod absit gravius in sub dictum commisserit visitationi puniendum reservent. Si vero collegialem vel capellanum vel alium de collegio excessisse compererint eum pro arbitrio puniant habita semper prudenti ac salubri ratione Auctoritatis Rectoris et iustitie .:-

Constitutio Quinquagesima octava ne quis Rectorem convitio afficiat .:-

Enimvero quia Auctoritas in Regendo est quam maxime necessaria districte inhibemus ne quispiam de collegio verbo inhonesto aut turpi vel iniurioso et irreverenti vel convitio aliquo Rectorem afficiat. Siquis vero insolens contrafecerit. Consiliarii eum pro Arbitrio castigent acriter ac puniant .:-

Constitutio Quinquagesima nona de concordia ponenda inter Rixantes de pena infligenda foventi partem alterius Rixantium .:-

Item si contigerit duos de collegio domi vel extra Rixari. Volumus omnes astantes eos ad concordiam quantum in eis fuerit Reducere. Et ille de numero Rixantium qui noluerit pacem habere monitus per Rectorem et consiliarios teneatur extunc exire collegium sub pena

est interlineas ubi dicit de. et ubi dicit eos. et supra Rasuram scriptum ubi dicit sub dictum. et ubi dicit excessisse valeat

peruri, et tamdiu extra maneat quousque dum in sua permanserit contumatia. Q. Si forte tres dies naturales pertinax extra Collegium perseueraverit. et supplex a Rectore et Consiliariis imploratum veniam non reddierit perpetuo ei regressus Collegii sit interdictus et alius loco eius secundum ordinem superius institutum surrogetur. Q. Si forte quis durante Rixa verbo partem alterius Rixantis fouerit. Quinque diebus solus in mensa collocetur in prandio. quibus solo pane et aqua sustentetur. Et nihilominus sit priuatus prouisione duorum mensium pro prima vice. Pro secunda vero penas antedictas volumus duplicari. Si autem tertia vice eam re inueniatur reus: quindecim diebus peniteat in pane & aqua in prandio et sex mensium prouisione priuatus existat.

Constitutio sexagesima de Conseruatione pecuniarum et instrumentorum et aliarum scripturarum Collegii et de Inuentariis fiendis de rebus Collegii

Quoniam necesse est conseruationi pecuniarum et iurium ac instrumentorum et aliarum scripturarum ac inuentariorum rerum Collegii prouidere: ordinamus et statuimus quod in Sacristia dicte domus sit semper una fortis Archa in qua pecunie Reponantur. et fideliter conseruentur. que Archa quattuor diuersis clauibus claudatur sine quibus omnibus non valeat aperiri. quarum unam teneat Rector. et quilibet Consiliariorum unam. Originalia autem instrumentorum et preuilegiorum ponantur in una alia fortissima capsula in Sacristie pariete posita in Archiuis ad hoc et alia deputatis. Que quidem duabus clauibus sit firmissime clausa et numquam aperiatur nisi cum magna et graui et urgentissima necessitate et causa. que due claues in Archa maiore seruentur. Copie vero omnium originalium bene autenticate & solenniter insinuate in Capso mo aliquo Arche maioris supradicte Reponantur. ubi fideliter conseruentur. ut quando expediens fuerit propter aliquam Collegii litem faciliter producantur. Alias vero nisi urgentissima necessitas immineret. de magna capsa predicta nullatenus extrahantur. Quo etiam casu Caueant attentissime Rector et Consiliarii quod expedito negotio quam citissime recuperentur et in Archa Reponantur. nec propter negligentiam aliquod eorum amittatur Sub pena priuationis portionis unius Anni.

Vbi est supra Rasum scriptum vbi dicit imploratumque. et interlineas vbi dicit et vbi dicit bene et supra Rasum etiam vbi dicit firmissime valeat

81

in quam incidat ipso facto. Et nihilominus instrumentum quod deperditum fuerit, si de prothocollo scribarum aut notariorum publicorum haberi non poterit, impensis ipsorum negligentium de originalibus autentice transcribantur et in loco suo reponatur.

Volumus preterea quod ultra hoc sit unus liber pergameneus in dicta Capsa maiore, in quo omnia privilegia, instrumenta et scripture dicti Collegij ad litteram autentice sint registrata, ut ad tale registrum pro dubiorum declaratione si qua emerserint recurratur. Item sigilla dicti Collegij in dicta Archa maiori semper conserventur. Caveantque diligenter Rector et Consiliarij ne indiscrete aut minus considerate alique littere sigillo Collegij sigillentur, que res fortasse in futurum Collegio perniciosa foret. Nec umquam alique littere sigillentur que prius in presentia Collegij primitus non legantur, atque sigillationi maior pars Collegij consenserit, ac Rector cum Consiliarijs vel maior ipsorum parte in tergo se subscripserit, nisi forte essent littere ad quas mittendas per Collegij constitutiones astringerentur. Nam tales volumus quod Rector cum Consiliarijs vel maiore eorum parte etiam toto Collegio contradicente expedire possit. Unus liber

Sigillum

Fiant insuper tria inventaria in pergameno, in quorum uno omnes libri divinorum officiorum, calices, paramenta ecclesiastica, ornamenta, ceteraque alia que pertinent ad Capellam, et etiam omnes Bibliothece libri per ordinem scribantur. In secundo omnia privilegia, littere, instrumenta, et Domus tam intra urbem quam extra cum suis membris et confinibus, Possessiones quoque extra urbem cum suis limitibus et mensuris, Iura etiam quelibet, Census et tributa ac singuli proventus tam ex rebus spiritualibus quam ex temporalibus per ordinem scribantur.

In tertio vero vasa, utensilia ac omnia supellectilia, res etiam mobiles dicte domus cum suis qualitatibus ubicumque sint, sive in cameris sive in Collegio sive in domibus aut possessionibus Collegij, cum illorum nominibus penes quos res ille fuerint sive quibus fuerint noviter consignate, fideliter sint digeste.

Que quidem inventaria in Archa maiori predicta cum instrumentis alijs conserventur, et cum his inventarijs Rectoribus novis in principio officij eorum singula consignentur. Dictaque inventaria ter in anno

coram omnibus de collegio per ordinem perlegantur .§. finita lectione sta

.§. institution .6. tutorum qualibet vice ut supradictum est . et tunc que de nouo habita

.§. in institutione 2 et acquisita seorsum. Et illa que consumpta vel perdita essent simi-

neoligentia liter seorsum sub forma publica describantur . illos quorum negligentia

vel dolo perdita fuerint ad Restitutionem vel emendam penitus Compe

llendo in forma superius in alijs statutis expressa. Si aut contigerit

in alijs .§. insti tutione 6 .§. 2 .§. aliquid de his que in inuentarijs descripta sunt alicui consignari deb-

ere ex aliqua necessitate . scribatur illud et qua ex causa et quibus pre-

sentibus et quo die Mense et anno et ex cuius mandato traditum

fuerit . Subscribaturque per Dantem ac Recipientem ut comodius repe-

ti possit . si in Restituendo Resistentia aliqua tentata fuerit . et pre-

dicta Inuentaria facere teneantur Rector et consiliarij sub debito

Iuramento .:—.

Constitutio Sexagesima prima de custodia Bibliothece et librorum et

quod ponantur tabule in quibus omnes libri per ordinem conscribantur . et de

punitione illius vel illorum qui de ea aliquid furtiue subtraxerint .:—.

Quum thesaurus librorum sit preciosissimus Ac proinde summa cum dili-

gentia seruandus . Ordinamus et statuimus ut in Bibliotheca per ban-

cas seriatim locatas . omnes libri per nos ipsi collegio donati : vel qui

in futurum per collegium ipsum vel per alios vndecumque accreuerint ponan-

tur per ordinem singularum facultatum catenati . et ipsa ferra cate-

nas tenentia in singulis bancis . singulis seris et clauibus claudantur

Que claues in Communi Archa . de qua constitutione superiore dictum est .§. in constitutione [illegible]

reponantur et omni vigilantia conseruentur . fiat etiam tabula in qua

omnes libri contenti in quibuslibet voluminibus dextere partis per

ordinem describantur . cum eorum principijs et finibus . Que et affigatur

in dextris in loco comodo . et alia similis fiat librorum Sinistre partis

et pari modo situetur in sinistris . nullusque dictorum librorum ex biblio-

theca extrahi possit . nisi forte pro ipso aptando et ligando . nec etiam

possit ullo pacto comodari alicui Domestico vel extraneo quouismodo

quesito colore . Quicumque vero talem rem consentire presumpserit

comodare modo sit Rector . modo consiliarius aut quiuis alius in penam

periurij incidat ipso facto. Et nihilominus si liber haberi poterit tene-
atur quod primum ipsum Restituere. Si vero perditus fuerit. omnes consena-
entes Collegium seruare indemne & de suo proprio restituere teneantur et
Donec satisfecerint sint priuati victu. omnibusque emolumentis que eis
debentur a Collegio. Dicte vero Bibliothece quilibet Collegialis et Capella-
nus possit habere suam Clauem Vltra quam sit vna maior Communis
qua omni mane aperiatur & omni vespere claudatur. vt sit eis libe-
rum in Bibliotheca studendi gratia se recipere. Vel possint deputare
aliquem specialem librariştam qui certis horis aperiat et claudat eam
vel alias prout eis comodius et securius ac cautius videbitur expedire. vsque
a deo caute prouidentes quod in ipsis libris non possint sinistrum ali-
quod deuenire. ea propter. Etiam precipimus quod nullus lucernam vel
Candelam in Bibliothecam intromittat.

Prohibemus preterea expresse ne extrarium aliquem absque Recto-
ris vel Bibliothecarij licentia sub pena periurij quis in Bibliothecam
valeat introducere.

Deniquo quando Bibliotheca fuerit exteris aperta. vnus de domo cui
Rector iniunxerit vel Bibliothecarius debeat esse presens ne dammum
aliquod libris possit inferri. Quicumque vero de Collegio compertus fue-
rit aliquid de Bibliotheca furto vel alio quocumque modo abstulisse. etiam
vel vnam cartam aut eius valorem. Vltra penam periurij in quam
incidat ipso facto sit priuatus omni iure quod ad Collegium habuerit
et Satisfactione prius facta de domo protinus expellatur.

Constitutio Sexagesima secunda de pena furtiue inuadentium
res Collegij.

Item statuimus & ordinamus quod si Aliquis de Collegialibus Capella-
nis vel seruitoribus dicte Domus de Coquina vel cellario. vel cella
vinaria. vel horreo. Aut alijs locis vbi res Collegij Reponuntur et con-
seruantur vel de Alicuius Camera Panem. vinum. vel Carnes aut
triticum vel rem aliquam de bonis Collegij aut alicuius de Collegio
furtiue subtraxerit aut fieri Consenserit. Vel Consilium auxilium

Periurium

Periurium

aut fauorem dederit vel sciuerit et facientem Rectori non reuelauerit. aut particeps criminis quoquomodo fuerit Ultra emendam ad quam leso principalis subtrahens vel eo non soluente quilibet predictorum insolidum teneatur ipse Reus omnesque alij participes in crimine de collegio protinus expellantur :-

Constitutio Sexagesima tertia de Custodia rerum Collegij. et eius indemnitate seruanda ac pena inuadentium eas :-

Preterea quia ut in prouerbio dicitur. Non minus est rem conseruare quam de nouo construere. ordinamus et statuimus quod quicumque de collegio modo sit Rector modo Scolaris aut Capellanus aut Economus vel famulus de bonis Collegij ultra bona illa que in hoc et alijs nostris statutis eis permissa sunt et concessa Aliquid Receperit et suis usibus applicauerit Ultra penam periurij in quam incidat ipso facto sit priuatus omni iure quod ad Collegium habuerit. Et de ipso penitus expellatur et alias Rectoris et consiliariorum Arbitrio puniatur. Collegiumque ipsum semper seruetur indemne. Ita namque concedimus Rectori et consiliarijs quod possint omnem supplere deffectum circa negocia et seruitia Collegij quomodolibet emergentia Ac facere et ordinare omnia et singula que necessitati et utilitati ac comodo dicti Collegij cognouerint expedire Ut aliquid de bonis Collegij tam Mobilibus quam immobilibus aut alijs iuribus tam spiritualibus quam temporalibus dicto Collegio per nos donatis aut derelictis et alijs acquisitis et acquirendis. et de libris Bibliothece et Capelle ornamentis ac vasis domus vendere distrahere donare vel quomodolibet alienare. aut suis usibus applicare. etiam quamuis instante atque urgente necessitate nullatenus possint. etiam si totum Collegium nemine discrepante in tali Dispositione Concurreret cum eisdem sed nec etiam liceat eis permutare nisi ex permutatione Collegio maxima et euidentissima sequatur utilitas. et in tali casu id non liceat sine Auctoritate et decreto visitatorum et toto consentiente Collegio super quare quia in ea Mille doli frandes que contingere solent quam maxime inuigilent :-

Et si secus aliquid factum fuerit tam ipsi facientes quam consensum

prestantes aut dantes auxilium consilium vel favorem et pro viribus non
Resistentes ac oviantes scientes et non Revelantes visitatoribus et apud
eos ut provideant non instantes in supradictam penam periurij et priva-
tionis collegij et incarcerationis incidant ipso facto. Et nihilominus quod co-
trafactum fuerit sit irritum et inanne et teneatur servare collegium in-
demne de suo proprio.

Vinum tamen et granum oleum et res alias mobiles que servando ser-
vari non possunt. libere possint vendere secundum quod pro maiore utili-
tate collegij eis videbitur expedire. et precia ipsorum in necessitates et
utilitates collegij et personarum ipsius statuto ordine observato conver-
tere. Possint etiam talia servitoribus collegij benemeritis et de quorum
restitutione sint securi accomodare. vel pro laboribus et servitijs suis in
Recompensam dare. quia eiusmodi subalienationis titulo minime con-
tinentur.

[accomodare pro servitijs]

Constitutio Sexagesima quarta de provisionibus oportuno tempore
faciendis.

Item ordinamus et statuimus quod Rector et Consiliarij oportuno tempo-
re de victu et vestitu ac alijs rebus necessarijs provideant. quod si non
fecerint. Damnum aut incomodum collegio inde sequutum a visi-
tatoribus tempore visitationis Resarcire cogantur. nec eorum excu-
satio admittatur si tempore provisionis faciende pecuniam in co-
muni Archa non habuerint. nam in tali casu ex nunc eos et mone-
mus et eis licentiam damus ad pecunias pro tali provisione facienda
ab amicis aut alias super pignore usque ad futuros redditus querita-
das.

[provisio] [pignorare]

Constitutio Sexagesima quinta de Solicitudine per Rectorem et
consiliarios adhibenda circa debita collegij recuperanda.

Verum quoniam ex negligentia que in bono sunt statu in malum
et usque ad perditionem dilabuntur. teste Sapiente qui ait. qui
minima spernit paulatim decidet. Sub periurij reatu astringimus
Rectorem et Consiliarios quod sint solliciti et diligentes circa Recupe-
rationem debitorum ipsius collegij. et oportune importune quod sollici-

tent procuratorem seu Econommum ita ut non veterascant debita tā pecu-
niarū q̄ aliarū rerum. Sed suis terminis sint Recuperata et collecta. et in
rebus recuperatis vel cum legitimis diligentiis factis et nō alias possint
Reddere suo tempore rationem. Addijcientes q̄ Rector vel Collegialis aut
quivis alius de Collegio qui aliquam pecuniam Collegio debuerit infra
xv. dies a creatiōe novi Rectoris illam soluere teneatur. Q. si non fe-
cerit tamdiu a mensa Collegij privatus existat quoad Debitum integre
persoluerit. :—

debita

Constitutio Sexagesima sexta de possessionibus Collegij visitandis per
Rectorem et Collegiales & pena negligentibus imponenda. :—

Ordinamus et statuimus q̄ saltem semel in Anno vel pluries si neces-
sitas exegerit. Rector aut aliquis de Collegio quem ad hoc Rector &
Consiliarij duxerint eligendum. Si fuerit ipē Rector legitime impe-
ditus vadat cum Econommo videant et Revideant ac provideant
Domos edifficia possessiōes omniaq̄ alia ad Collegium pertinentia
et si qua Reparatiōne indiguerint statim Reparentur. ne quoquo-
modo Ruere per desidiam permittātur. Q. si necesse fuerit ire ex
urbem ad aliquas possessiones visitandas possit Rector duas equi-
taturas expensis Collegij Conducere. & ipē vel ipō legitime impe-
dito. ille quem ipē et Consiliarij ad id opus elegerint cum Econommo
visitatum ire. :—

possessiones

Equitature due

Proviso q̄ huiusmodi visitatiōes solatij gratia nullatenus fiant. In alio ve-
ro casu q̄ in predicto precipimus et districte inhibemus ne quispiā de
Collegio die vel nocte vel una hora intra ambitum Collegij et clau-
suram eius Mulam Equumq̄ vel Asinum aliamve bestiam includat
aut teneat. Q. si quis de Collegio secus fecerit portiōe Sex mensium
sit privatus. et Rector aut vice Rector qui Alicui de Collegio vel cui-
vis extrario talem Rem Consenserit sententiam Excommunicatiōis incidat
ipō facto. A qua nisi prius Collegio de damno satisfiat minime absoluatur.
Et ut ipse possessiones ac domus sint note omnibus de Collegio. Volumus
et Mandamus q̄ quilibet Collegialis et Capellanus infra sex mēses

Ne intra Colleg. teneantur bestie

Sententia Excommunicationis

33

A die Receptionis sue teneatur visitare omnes domos et possessiones intra muros hispalen existentes sub pena priuationis prouisionis unius Anni currentis a lapsu illorum Sex mensium predictorum. et Economus siue procurator teneatur ad mandatum Rectoris omnia et singula ei occulariter demonstrare. Et infra Biennium a tempore supradicto etiam teneatur Recognoscere quicquid extra urbem collegium habuerit. quo biennio elapso medietate prouisionis cuiuslibet Anni priuetur. Donec purgauerit negligenciam. Possit tamen Rector cum consiliarijs dispensare cum legitime impeditis.

Jr [illegible] et de[illegible] [illegible] in 9th 3. f. 39. f. 48.

Constitutio Sexagesima septima quid sit agendum si ultra expensas ordinarias et extraordinarias de bonis collegij aliud superfuerit.

Preterea quia consideratis huius collegij pijs operibus et fructibus in dei Ecclesia euidentibus et condictione patrie in qua situm est. speramus facultates ipsius cum dei et gloriose virginis Marie presidio quibus dicatum est augeri. Et sicut de virtute in virtutem crescet. ita in Redditibus. ordinamus et statuimus quod quicquid ex fructibus dicti collegij ultra expensas necessarias superfuerit. Accrescat thesauro dicti collegij in communi Archa de qua superius dictum est fideliter Reponatur Donec ad summam Millium ducatorum sit peruentum et in tali casu conseruatis semper CCCC. Ducatis pro thesauro ad aliquas necessitates emergentes. De alijs per Rectorem et consiliarios notitia super hoc prius collegio facta. Ematur prodicta domo Aliqua utiles possessiones pro illis pijs operibus de quibus inferius disponetur vel emantur ornamenta. libri et quecumque necessaria pro collegio. vel edifficia collegij et domorum ac possessionum ipsius instaurentur. et si expediens fuerit de nouo edifficentur. Que omnia supradicta etiam fieri possint Antequam ad dictum numerum sit peruentum quoties Rectori et consiliarijs videbitur expedire et collegio comode fuerit possibile cum consensu collegij vel maioris partis.

Margin: l. in constitutione 60. — m. du. — inferius istae de constitutione. — edifficia

Si autem bona Redditus et prouentus dicti collegij in tantum augmentum contingat quod pluribus collegialibus bene sufficere possit. Si infra corpus collegij secundum numerum Camerarum plures qui su-

E[st] supra Rasum. ubi dicit R. redditus et inter lineas ubi dicit bene. Valeat

perius est promissum comode exapi poterint. Volumus et mandamus quod augeatur collegialium numerus. Dummodo tamen id fiat prudenter et temperate quam rem circumspectioni totius collegii cum consilio et assensu visitatorum volumus providere. In quorum receptione ordo supra expressus servetur. Si vero ob deffectum camerarum aut aliam legitimam et rationabilem causam id comode nequiverit fieri. Mandamus quod pauperibus studentibus clericis qui in hac urbe litteris capescendis indulgent in elemosinam erogetur cuilibet media portio eius quod datur in cibo et potu intra collegium degenti pro animabus benefactorum huius collegii. In qua quidem elemosina diocesani hispalenses ceteris. Et inter eos carmonenses et utrerenses ceteris paribus omnibus aliis prefferantur. Aut ubi studentes etiam forte non essent. tales elemosine erogentur pauperibus utriusque sexus clausis erubescentibus quos vergonantes vocitant. Vel maritandas puellas egenas adiuvent. Dummodo fuerint persone honeste. quam rem rectoris et consiliariorum arbitrio committimus cum consilio visitatorum conscientiam omnium eorum onerantes.:—

Hoc maxime provisso quod comorantes intra collegium his que habere debent iuxta horum statutorum dispositionem propter dictas elemosinas vel in minimo nullatenus defraudentur. Provisso etiam quod rector et consiliarii sub hoc pretextu amicas et consanguineis eiusmodi elemosinas minime impartiantur.:—

Constitutio sexagesima octava quis ordo sit tenendus si redditus et proventus collegii contingat extenuari.:—.

Verumenimvero licet speramus in domino et dive eius genitricis presidio prefatum collegium sufficienter dotatum relinquimus tamen quia ut ex experientia docente cognovimus sepe numero tempora variantur et complures inopinati casus rebus contingunt humanis: qui eas infirmari et langueri compellunt. Providentes permittimus quod si propter sterilitatem temporum vel bellorum discrimina aut alium accidentem casum ipsi redditus et proventus in tantum quod absit extenuari contingat quod ad impensas quas hec statuta disponunt ipsi collegio suffiere non valeant competenter. quod de-

34

pecunijs que erūt in Archa thesauri dicte domus moderate fiant exp̄
ſſe prout Rectori et Consiliarijs videbitur expedire. Que impense tā ordi
narie q̄ extra ordinarie si dictus th. sauri s nō sufficiat pro tempore
quātum honeste fieri poterit Restringantur. Verumsi omnia nō suffi
cerent, tunc Expense extra ordinarie primo. Secundo Collegialium
prouisiones. tertio salaria Medici & famulorum atq; aliorum officiatiu
subtrahantur. Quibus omnibus nō sufficientibus expectetur vacatio
Collegialiū qui cito sunt completuri tempus suum. et illis exeūtibus Alij
noui nō eligantur Donec Collegium ad pinguiorem venerit fortunā.
Q. si adhuc hec nō sufficiant liceat Rectori et Consiliarijs in Consilio
visitatorum factacis prius certa fide plen iq; informatiōe per ipōs Rec
torem et Consiliarios de dictorum prouentuum extenuatiōe. de con
gregatione huiōi ad tempus. s. donec sufficiat Collegium Scolares ali
quos amouere de minus vtilibus et ad studium minus aptis. Super quos
conscientias eorum oneramus. Quibus Mandamus et volumus irrefragabiliter
obediri Sub pena periurij et totalis expulsionis quas incurrat ipō facto.
qui sic amoti Sufficiente iā domo prius Restituantur et post denouo
eligendi locis vacantibus sufficiantur .:.

Constitutio Sexagesima nona de Ratiōe Administrationum re
ddenda per Rectorem et Consiliarios infesto omnium Sanctorum. et
in fine cuiuslibet Anni .:.

S. Joannis

Cum inuero q̄m villicus Reddere tenetur ratiōem sue villicatio
nis statuimus et ordinamus q̄ Rector et Consiliarij de omnibus receptis
et expensis. et gestis atq; administratis per eos bis in Anno. s. in festo
Sancti Joannis Baptiste et in fine Anni primo Duobus deputatis per
collegium ad examinādas ratiōes siue de ipsius collegij Corpore siue de
extra ratiōem reddant. Secundo etiā Anno infesto S. ancti Joannis
Baptiste et infine sui officij Rectori et Consiliarijs nouis ac duobus de
putatis per Collegium compotum et ratiōem vniuersalem duorum
Annorum reddere teneantur. Et tam qui sunt Reddituri ratiōes
q̄ qui recepturi ad dandum et recipiendum infra mensem teneantur
tur a prescripto termino computandum sub pena periurii et priua

tionis provisionis unius Anni quam Receperunt vel fuerunt re-
cepturi quas penas ipsos vel ipsorum alterum qui reddere vel Recipere
debuerint incurrere volumus ipsofacto. Et nihilominus per visita-
visitatores — tores ad predicta compellantur. Examinatis rationibus tam in pri-
mo quam in Secundo termino biennij per supradictos sindicos diligenter
in presentia Collegij ipsi examinantes faciant Relationem et in primo ter-
mino cuiuslibet Anni notentur deffectus et negligentie ac rationes
Signentur et conferantur. In Secundo vero quando totius Administra-
tionis rationes vise fuerint. Si Reperti fuerint bene et fideliter offiti-
um suum exercuisse et plenam cum solutione Reddiderint rationem
vel 2 maiores partem. — per Collegium vel maiorem partem ipsius sine aliqua diffi[c]ultate
Calculi error. — absoluantur nisi Aliquis de Collegio errorem Calculi vel aliam iustam
causam allegaret quare non deberet fieri absolutio Rectoris et
Consiliariorum . quia tunc volumus quod interpelletur iudicium visi-
visitatores — tatorum. Qui auditis rationibus utriusque partis declarent sim-
pliciter et deplano Absolutionem Rectoris et Consiliariorum fien-
dam differendam vel denegandam. Iustitia mediante. Si autem
Reperti fuerint in fraude aliqua vel dolo sive notabili negligen-
negligentia — tia preter alias penas contra sic Delinquentes in his Constitutioni-
bus contentas per ipsum Collegium acrius puniatur. In punitione-
m Rectoris et Consiliariorum tali casu. Collegium requirere et
sequi visitatorum consilium teneatur. Aliorum vero omnium officia-
lium vel aliquid de Collegio administrantium Rationes et admi-
nistrationes videantur et examinentur per Rectorem et Consiliarios
Absolutiones autem et quitationes semper fiant per Collegium aut
maiorem eius partem. sicut Superius est expressum. :—

19. … 19 — Constitutio Septuagesima quod peccantes. Euangelice monean-
tur a scientibus et nisi se Correxerint Rectori fiat denunciatio. :—

Ceterum cuivis quis viderit aut scierit fratrem aut Collegam
suum seu quempiam de predicto Collegio male Conversantem

siue aliter delinquentem & maxime hec nostra statuta minime con-
servantem. ipsum secundum Evangelicam doctrinam charitative mo-
neat ut se corrigat et emendet. et si monitus se emendaverit lucratus
erit fratrem suum. Si vero se emendare neglexerit Moneat eum coram
uno vel duobus collegis. Quod si adhuc ipsum contempserit extunc unus bono
motus zelo sub pena periurii quam ipso facto incurrat denunciet ipsi Rec- periurium
tori ut sic delinquentem talem corrigat et castiget ne propter correctionis
deffectum morbus ut cancer non serpat. et totum gregem unius mor-
bide ovis vitium non inficiat.

Constitutio Septuagesima prima de punitione facientium vel dicen-
tium facta vel verba diffamatoria vel iniuriosa de collegio vel
de personis eius. Et si votorum varietas fuerit in penis delinquentium
quomodo arbitrandum sit.

Preterea quia Experientia docente in aliis collegiis cognovimus
quod nonnulli collegiales divino timore et honestate postpositis in
ipsorum et collegii verecundiam et confusionem admiuicem turpiter
conversantem. Dicendo verba iniuriosa diffamatoria detractoria diffamato-
et multa alia illicita comittendo Presenti constitutione manda- ria verba
mus quod si aliquis de collegio cuiuscumque conditionis sit alicui eiusdem
collegii domi vel extra verbum dixerit iniuriosum co presente vel
de absente detraxerit. siue detractio illa de natura sua fuerit iniuriosa
vel talis ex qua infamia facti possit oriri. Arbitrio Rectoris et Con-
siliariorum puniatur. quod si in arbitrando fuerint varii maioris par-
tis Arbitrium obtineat. Si vero fuerint pares unus de collegio unus eligatur
per eos eligatur qui cum eis cognoscat et tunc maior pars vincat.
Et ut hec Arbitria rectius procedant. Mandamus quatenus dicti
Rector et consiliarii in casu dictus adiunctus speciali super hoc iu-
ramento astringatur sub tali forma.

Iuramus per Deum et virginem Mariam ac Sancta dei evan- Iur.
gelia quod postpositis omni odio favore comodo Affectione et honore

iuditium solum iusti dei timentes penam arbitrabimur infligendam quam Crediderimus iustiorem & equiorem .:—

Q si forte aliquis vel aliqui Consiliariorum vel adiunctus electus ad hoc vocati per Rectorem noluerint interesse vel si forte interfuerint sed noluerint suum impartiri Consilium loco illius vel illorum arbitrio maioris partis Collegii alius vel alii in pari numero Collegialis vel Collegiales digatur vel eligantur quem vel quos vice illius vel illorum per omnia fungi volumus in hac parte. nihilominus illis Contumacibus sub hac forma punitis quod quilibet eorum pro qualibet Contumatia privationis portionis unius Mensis penas luat .:—

Constitutio Septuagesima secunda de punitione illius qui dixerit se audisse aliquid de aliquo ex quo infamia facti possit oriri et non probaverit a quo audierit .:—

Si autem Aliquis de Collegio dixerit se audisse de aliquo de Collegio aliquid de quo Infamia facti possit oriri teneatur probare a quo audivit saltem per unum testem vel per Confessionem eius a quo dixerit se audisse quod si non impleverit perinde discernimus puniendum Ac si ipsemet dicti illius auctor principalis fuerit sicut Superiore Constitutione decretum est .:—

Constitutio Septuagesima tertia de pena infligenda portantibus Arma. & quod Rector cum Consiliariis possint dispensare ut portentur in casu licito .:—

Collegiales qui arma deffensiva ut loricam vel galeam vel manicas ferreas vel similia portaverint etiam si Cooperta portentur. tribus diebus in pane et aqua in prandio in terra publice peniteat. Si vero portaverint Arma offensiva ut gladium. Ensem. pugionem vel his similia quattuor diebus peniteant in terra ut dictum est. quod si Creverit contumatia crescat in duplum pena. Possint tamen Rector et Consiliarii dispensare cum Aliquo ut portet Arma in casu licito. Super qua re eorum oneramus Conscientias .:—

Constitutio Septuagesima quarta de pena infligenda percutientibus exteros cum armis .:—

Collegiales qui cum Armis offensivis extraneos percusserint. per

quattuor menses extra Collegium ipso facto sint expulsi. Interea nullu' Emolumentum suscepturi Si vero denuo in eodem Crimine excesserint ipso facto ius totum Collegii perdant et de eo protinus expellantur.

Constitutio Septuagesima quinta de punitione Accipientium gladium vel lignum vel aliud simile animo offendendi Collegam. vel percutientium cum eis.

Ordinamus etiam et Mandamus quod si aliquis de Collegio Domi vel extra acceperit arma offensiva ut gladium lignum vel lapidem seu aliud simile Animo Socium offendendi. per quattuor Menses de Collegio expellatur. nullum inde emolumentum interim suscepturus. Si autem percusserit eum cum aliquo eorum etiam leviter. ipso facto sit privatus omni Iure et Comodo quod in Collegio habet. Qui vero pugno vel alapa Collegam percusserit Expulsionis unius Anni pene subiaceat: Si autem horum aliquid quis in auxilium alterius Rixantium Comisserit: dictas penas que in alio essent simplices in eo volumus duplicari Excepta pena expulsionis que in percuciente et fauente erit par quia uterque expelletur perpetuo. Et dictus arma accipiens intelligatur Animo offendendi accepisse si inter eos verba iniuriosa aut inhonesta precesserint.

Constitutio Septuagesima sexta de punitione eorum qui domi vel extra procedunt ad verba sine armis vel tale aliquid Comittentium in alicuius auxilium.

Preterea si Aliqui de dicta domo in Collegio vel extra inter se processerint ad verbera sine Armis et non fuerit processum ad sanguinis effusionem. Quinque diebus incarcerentur Compedibus ligneis saltem cum uno pede. et die qua extrahentur in pane et aqua Coram omnibus in terra peniteat. Si vero effusio Sanguinis etiam levis fuerit subsequta. predictas penas volumus dupplicari. Si autem quid horum quispiam in auxilium alterius Rixantium Comisserit penam Antedictam simpliciter in eo dupplicari iubemus. Penam vero duplicem in Rixante volumus in fauente quadruplicari.

Volumus autem et districte mandamus quod in hoc casu et similibus inter se Desidentes aut Rixantes incarcerentur per Rectorem

Et extra Kasum [illegible] ubi dicat offendendi. valeat.

et Consiliarios Cogantur ut se alterutrum Reconcilient et Inuicem veniam petant tribuantque. Quod si quis Dura ceruice pari unde desiderat captari Renixus fuerit. tamdiu ex Collegium absque spe victus maneat quamdiu in Contumatia perdurauerit .:—

Constitutio Septuagesima septima de pena Rectoris et Consiliariorum Si negligentes fuerint ultra triduum in penis infligendis .:—

Si autem Rector et Consiliarij fuerint negligentes in infligendo penas per Constitutiones determinatas aut eorum arbitrio demandatas ultra triduum. supra penam periurij quam ipso facto incurrant quilibet eorum sit priuatus pro qualibet vice portione unius mensis. Et nihilominus ne delicta maneant impunita ac proinde Domus dilabatur paulatim et Ruat. Iniungatur Rectori multa per eosdem. Quod si Secunda vice negligentes fuerint ultra aliud triduum pena eis dupplicetur. et sic triplicetur et cetera crescente de triduo in triduum contumatia atque negligentia. Quod si forte quod absit tempore Rectorum quod executorum Rectoris .s. et Consiliariorum per quandam dissimulationem vel languorem aut impiam tollerantiam et negligentiam quod absit cessauerit. ortamur Dominos Visitatores per viscera Ihesu Christi et per merita gloriose virginis Marie genitricis eius obtestamur ut diligenter super hoc Articulo tempore visitationis inquirant. Et que neglecta per totum Annum contra reos inuenerint. omnia et singula ipsi exequantur atque negligentes iuxta huius statuti formam paulo ante traditam Solicite atque acriter puniant .:—

Constitutio Septuagesima octaua De punitione murmurantium contra Rectorem vel Consiliarios propter executionem penarum. et a quibus et quo tempore debent grauati petere Justiciam suam .:—

Proinde si quis de Collegio propter penam Sibi inflictam contra Rectorem vel Consiliarios vel ipsorum aliquem murmurauerit Dicendo quod pena fuit iniusta vel grauis vel asperiora verba vel similia. pena Sibi imposita dupplicetur. possit tamen de iniuria sibi illata per eosdem querelam proponere et emendam petere a visitatoribus quando visitauerint et non ante. Nam prorsus inhibemus ne visitatores se

Intromittant in negotiys Collegij nisi in casibus per hec statuta expsse Sibi Concessis. Vel si contingat Rectorem vel Consiliarios Recedere ante tempus visitationis possit querelam proponere et emendam petere a Rectore et Consiliariys nouis .:—

Constitutio Septuagesima nona quis Recursus si Rector aliquid iniuste mandauerit .:—

Volumus etiã et Mandamus q omnes de Collegio suo Rectori in omnibus que eis vel Cuipiam eo⁊ iniunxerit pareant. nec onus aut penam per Rectorem eis impositam quoquo modo subire Recuset. Excepto si eos vel quemuis eo⁊ a Collegio eijcere aut proprio arbitrio portione priuare vellet. Nam in tali casu damus ipsis Collegialibus vel Cuilibet eo⁊ ad Consiliarios Recursum qui intellectarum Si viderint Rectorem iniuste & inique in aliquem Animaduertysse. ei denuntiabunt. Qui illico sub pena pstiti iuramẽti illud reuocare teneatur. Si tamẽ Consiliarij vel duo ex eis Cum Rectore senserint et factũ Rectoris ad executiõem ho⁊ statuto⁊ zelo secũdum scientiam tendat minime Reprobetur. Super qua re Consciẽtiam eo⁊ oneramus .:—

Esiam inim.

Consiliarij

Constitutio octoagesima. prouisio Contra Rectorem statuta huiusmodi nõ seruantem vel non facientem seruari vel bona Collegij male administrantem. necnon Contra obijcientes et deffitientes in probatione predicto⁊ .:—

Quoniam testante Canonica veritate nihil valet iura Condere nisi sit qui ea tueatur. Vt tam a Capite q a mẽbris hec statuta: et si nõ virtutis amore: saltem formidine pene Cum debita Reuerẽtia et Solicito studio Custodiatur. Statuendo Mandamus q si quod absit ipse Rector in obseruando ea vel obseruari faciendo negligẽs extiterit vel Contra ipo⁊ statuto⁊ formam: Aliquid facere presumpserit attemptauerit vel Consenserit: vel Collegij bona male administrauerit. q primum per duos secundum formam Euangelice veritatis Antiquiores de Collegio debeat secrete amoneri

Rector

rector ... moneri

ut que omittit faciat: vel acceptis desistat. Quod si noluerit ipsum coram duobus Capellanis collegii vel aliis Collegialibus amoneat. Quod si contemptis his monitionibus facere que facienda sunt: aut cessare a ceptis contempserit incontinenter prefati Collegiales teneantur Dominos Visitatores Requirere atque humiliter deprecari ut Rectorem ad observationem statutorum compellant. Quosquidem visitatores obtestamur per viscera ihesu christi ut ipsum Rectorem cum effectu ad id faciendum moneant et inducant. et Renitentem corripiendo et puniendo et si opus fuerit usque ad officii privationem inclusive compellant. Prius tamen veridica informatione habita. et in casu quo per eos privaretur alius loco eius secundum formam superius descriptam eligatur. Ad predicta autem Collegiales prefatos sub Juramenti debito ac ipsum Rectorem ad obediendum visitatoribus et eorum mandata exequendum astringi volumus et teneri. Si autem tales Denunciantes visitatoribus in probatione defecerint. Ultra penam periurii quam incurrerint Sint ipso facto privati provisione unius Anni:

Constitutio octoagesima prima quod nullus per transgressionem aut omissionem horum statutorum incurrat penam periurii nisi in casibus expressis per hec statuta. et quod inscribantur Sex exemplaria.

Ut autem Saluti et pie consciencie nostrorum consulamus interpetrando Declaramus quod ob transgressionem huiusmodi statutorum nullus incurrat reatum periurii nisi in casibus in quibus ipsa statuta precipiendo vel inhibendo talem penam expresse infligunt. Et ne ignorantie statutorum pretextu quis se valeat excusare Ultra ternam publicam lectionem quam in alio statuto singulis Annis fieri precipimus Volumus et mandamus quod inscribantur Sex Exemplaria. quorum unum semper sit in camera Rectoris. Aliud pergameneum ad modum libri sit repositum in Bibliotheca aligatum catena. tria vero alia consignentur tribus consiliariis in principio officii. Et aliud in pergameno scriptum pro originali in Archa communi cum aliis collegii iuribus conservetur:

Constitutio octoagesima secunda qui et quales esse debent visitatores et de modo quem in ipsa visitatione tenere debent

Preterea ordinamus et statuimus quod nos dum vixerimus simus visitator huius Collegii insolidum. Postmodum vero si aliquis de genere nostro dicte Ecclesie beneficiatus fuerit dum in beneficio vixerit sit visitator cum alio infra nominando. Quod si forte plures essent graduatus non graduatum. et inter graduatos theologus juristam precedat. et inter unius ordinis antiquior in gradu. Si autem nemo graduatus repertus fuerit primus in choro ceteros antecellat dum vixerit et locum in Ecclesia tenuerit. Quod si nemo de genere nostro beneficiatus in Ecclesia fuerit aut non residens sit primo anno visitator magister vel licenciatus in theologia qui canonicatum theologi quem ego in presentiarum teneo residens possidebit. Secundo anno sit visitator Doctor vel licenciatus qui canonicatum juriste in dicta Ecclesia residens possidebit. Tertio vero anno eligant Domini mei Decanus et capitulum hoc est qui ex eis solent eligere alios officiales. et eadem die qua alios eligunt unum canonicum presbiterum quorum nominatorum nemo possit visitare biennio continuo. Quod si quod absit in dicto capitulo nemo magister vel Doctor vel licenciatus qui resideant in dictis canonicatibus pro ea vice repertus fuerit Decanus et Capitulum hoc est Domini Electores officiorum eligant unum canonicum presbiterum et graduatum qui illo anno sit visitator. Et anno sequenti alium. Donec aliquis nominatorum secundum ordinem predictum ad residendum in Ecclesia venerit. Super quo eligendo Dominorum Electorum conscientiam oneramus. Addicientes quod cum dicto Domino canonico sit visitator Prior Sancti hieronimi de bella vista extra muros hispalensis. Vel in eius absentia Vicarius eiusdem conventus.

Quos prefatos visitatores exortamur et oramus per viscera [illegible] in quibus visitavit nos oriens ex alto ut paterno affectu et pro omnium collegium visitent et solum deum ac justitiam eius: necnon conservationem honorem et comodum Collegii Ante oculos tenentes omnemque sinistram affectionem absque ut probos patres decet [illegible] Augmentum Religionis ac Divini cultus honoris etiam et redditum tam spiritualium quam temporalium et conservationem rerum Collegii sine quibus litterarum studium minime constat omni diligentia studio ac sollicitudine procurent. Nullam rem Collegii vel minimam in [illegible]

[illegible] est tempore [illegible] possidet [illegible]

applicent. Aliam potestatem seu iurisdictionem quam sibi per presentes constitutiones est tradita, non usurpent nec de aliquo negotio collegio sese amplius intromittant nisi Requisiti per Rectorem et consiliarios vel duo saltem de collegio et quatenus hec statuta permittunt et disponunt. Preterea correctionem et cetera in statuto de visitatione paulo post conscripto eis commissa & permissa. Solerti procul studio exequutioni mandent. Posthabitis omnibus que ad nimiam pietatem que langor dicitur aut iuditii rigorem humane mentis rectitudinem subvertere solent. Rursum secretum de his que collegii ac singularum personarum honorem honestatem et comodum tetigerint quod in visitatione sciverint instar piorum patrium qui deffectus ac maculas filiorum suorum apud alios aut cooperiunt: aut si dissimulare non possunt. honestioribus vocabulis minuunt. Ita ipsi ut veri confessores et Animarum Rectores celent et tegant et dissimulent apud exteros. nec verbo aut signo peccatorem aut peccatum prodant. Et quoniam decori et honestati collegii hanc rem maxime conducere existimamus. Eam in virtute sancte obedientie Auctoritate apostolica eis iniungimus. Denique concordiam pacem ac unitatem spiritus Religionem etiam cultumque divinum. nec non intemeratam statutorum observationem pro viribus sua teneant foveant augeant ac in melius promovere et conservare studeant.

Modus autem quem visitatores tenebunt talis erit. Prima die visitationis in constitutione sequenti ad plenum consignata. Convenient in collegio hora prima. & habita exortaciuncula ad collegium per unum eorum accipient iuramentum in missali aperto a singulis votum habentibus quod dicent veritatem de omnibus que eis videbuntur reformanda emendanda et castiganda. Quorum collegialium quilibet scribet infra quatuor dies immediate sequentes inclusive quicquid sibi videbitur providendum in duabus cedulis aut chartis eundem tenorem continentibus et suo nomine subscriptis. & quinto die dabit singulus singulo visitatori. Qui eas sub sigillo secreti accipient quoad personas nullatenus revelandas. Neque infirma firmare et fracta solidare

est interlineas ubi dicit emendanda valeat

perdita Recuperare et Restituere debeant. Seminarium scandali et Seditionis collegarum cordibus inijciant. quibus cedulis per visitatores Sigillatim visis atque lectis et cum suis actoribus aut quibusvis eorum prout opus fuerit ab eis examinatis. conveniant dicti visitatores decima die mensis in Collegio vel in apto loco qui ab eis condictus fuerit. et consultent prout eis ministrabit Altissimus secundum audita et examinata per eos ac decernant sententiam in qua convenerint. et conscripta manu unius eorum legatur ab eodem die quinta decima dicti mensis in Sacristia vel Capella collegii sonante toties domus clausis omnibus Arbitris et exteris seclusis coram omnibus collegialibus et pronuntietur ab eis concorditer ac promulgetur et approbetur et in libro ad hoc deputato. nominibus visitatorum roborata per Notarium collegii quam primum conscribatur et per Rectorem ac consiliarios ac totum Collegium ubi opus fuerit executioni mandetur. Charte vero sive cedule informationum quas quilibet visitator Recepit in Carbones vastatores ad id offitium preparatos coram omnibus exurantur. :—

[illegible]

Carbones.

Constitutio octuagesima tertia de visitatione et tempore quo fieri debeat et depuntione per visitatores fienda omnibus exclamatione et appellatione exclusis. Et quod si visitatores Aliquid ultra potestatem horum statutorum vigore sibi concessam voluerint usurpare aut se amplius intromittere sit faciendum. :—

potas

Deinde dicto qui et quales debent esse visitatores et de modo quem in visitando tenere debent ad negotium ipsum accedendum est. Ut igitur dicti Collegiales et Capellanos et si non virtutis amore saltem formidine pene abilliciatis contineant. et quos ad vite honestatem timor domini ac preclara fundatorum eius exempla non provocant vel correctionis medicina compellat. Ut per eiusmodi correctionis vomerem prea sis spinis et vepribus vitiorum virtutum ager excultus in predictis scolaribus fructum laudabilem producat. Statuimus et ordinamus ac volumus et mandamus quod omnes supradicte Ac ipsius singularum personarum visitationem in kalendis Septembris incipiant visitatores nominati et prosequantur. Ac infra dies quindecim inclusive eam finiant. De vita: moribus. conversatione: et gubernatione.

est scriptum supra Rasuram ubi dicit informationum et ubi dicit [illegible]

Rectoris et Consiliariorum. Collegialium Capellanorum et officialium ac famulorum domus et omnibus aliis que correctione et Reformatione indiguerit tam in capite quam in membris simpliciter et de plano sine strepitu et figura iuditii inquirant veritatem. Corrigentes emendantes et Reformantes que viderint corrigenda, emendanda vel etiam Reformanda. Examinando singulos de Collegio ut appareat qualiter quilibet in sua facultate profecerit. atque ad proficiendum imposterum sit aptus. Et si quis inventus fuerit in casibus per statuta determinatis deliquisse et per negligentiam vel maliciam Rectoris et Consiliariorum non fuisse punitum. Statutorum penas in talem Delinquentem exequatur et Rectorem et Consiliarios pro negligentia vel malicia secundum ordinem supra in statuto. quod incipit

[illegible] 77 Si autem Rectorem puniant. Si vero invenerint aliquem commisisse in aliquibus casibus Rectoris et Consiliariorum Arbitrio per hec statuta commissis vel alias punitione dignum et ab eis non fuisse punitum. Eum corrigendi puniendi suspendendi vel etiam de Collegio expellendi secundum Delinquentis demerita liberam eis concedimus potestatem. A quorum Correctione punitione Suspensione vel etiam de Collegio expulsione in omnibus dictis casibus nullus valeat Reclamare vel appellare. seu ad aliquem Superiorem vel Iudicem in Iudicio vel extra Recurrere quoquomodo. vel litteras seu indulgentiam aut dispensationem super hoc petere vel impetrare. Aut impetratis uti in iudicio vel extra. Seu aliquod Remedium querere. quominus correctio punitio Suspensio vel expulsio de Collegio predicto suum plenum Sortiatur effectum. Qui si Contrarium fecerit in penam periurii mandat ipso facto. et tamquam

R. Iura [illegible] periurus et infamis perpetuo habeatur. Et in ipso Collegio nullo tempore admittatur.

Preterea Eisdem visitatoribus concedimus plenariam potestatem statuendi mandandi et Reformandi in Collegio prelibato omnia et singula que pro ipsius Collegii utilitate et bono ac laudabili regimine viderint expedire. dummodo his nostris statutis non derogent

Nota. Contradicant vel obvient quoquomodo.

Si aut Aliquis in dicto Collegio vitiosus Criminosus scandalosus fu[erit]

rosus Dissolutus incorrigibilis male studens indisciplinatus intollerabilis aut aliis malum prebens exemplum repertus extiterit. Rector extra dictam visitationem ordinariam cum consilio suorum consiliariorum et maioris partis collegii talem soluite nunctient visitatoribus supra dictis qui possint et debeant super hoc primo solute habita informatione vera dicta simpliciter et deplano. et cetera ut dictum est. prout negotii qualitas exegerit de oportuno providere Remedio. :—

Habeantque visitatores si Rector voluerint prima vel ultima die visitationis impensis collegii prandium decens. et honestati conveniens. Eternumque premium expectent a deo. :—

Statuentes quod hii quibus visitationis gratia collegium subiiciatur de bonis dicti collegii mobilibus vel immobilibus vendendis permutandis vel quomodolibet alienandis. mutuandis vel comodandis. in nullo vel minimo se possint intromittere. aut prose accipere vel disponere vel de eo quomodolibet ordinare. Nisi inalienata distracta comodata et cetera Recuperando. et ad collegii ius possessionem dominium ac restitutionem inducendo. Nec etiam de aliis quibuscumque dicti collegio se intromittere possint. nisi quatenus per hec statuta eis est concessum.

Verum quoniam nonnumquam contingit. Ambitionem aut cupiditatem Animos hominum ne deum solum ante occulos habeant. perturbare: Rectori et consiliariis ac singulis personis de collegio. mandamus sub pena periurii et privationis collegii in quam incidant ipso facto. ut si quis visitatorum quod non credimus aut quod absit quisquam alius quovisquesito colore in bonis huius collegii: nedum immobilibus sed etiam mobilibus: aut in gubernatione domus. vel in electionibus vel officialium seu capellanorum aut collegialium se intromittere temptaverit. Ultra sententiam Excommunicationis maioris quam in talem sic se intromittentem pronunciamus ipso facto. Incontinenti omni mora postposita per Rectorem et consiliarios nomine collegii proponatur querella unum ex tribus conservatoribus collegii prossequendo negotium usque ad finem. Qui si talis conservator cum diligentia non providerit. ad pre[illegible]

ad principem

vel ad Serenissimum et Catholicum principem Regem Castelle Re currant. et super tramde Aviolentia tentata vel illata presidium eius implorent. prossequendo in iustitia usque ad finem Impensis Collegii :—
Demumque ne propter oblivionem aut aliam quamvis negligentiam Contingat visitationem impediri vel differri. Volumus et mandamus quod Rector et Consiliarii Sub pena privationis provisionis unius Anni. qua ipso facto sint privati teneantur Requirere et Rogare dictos dominos visitatores. per aliquot dies Ante kalendas mensis Septembris. ut visitationem incipiant die Supradicto :—

[margin: ... visitatores ...]

Constitutio octuagesima quarta in qua Reservavit Sibi Conditor earum quicquid in dictis Constitutionibus addendum diminuendumque interpretandum vel mutandum fuerit. Declarans modum quo dicte Constitutiones obligant :—

Quoniam sepe numero in legibus et Constitutionibus emergunt dubia que interpretatione indigent. et preterea secundum varietatem temporum nonnumquam Conducit ut statuta varientur humana volumus et ordinamus quod si quicquam dubii in his nostris Constitutionibus ortum fuerit. aut quod interpretatione indigeat. aut addendum minuendum vel mutandum vel amovendum fuerit. Nobis ut conditori dum vixerimus reservari debeat. nec per promulgationem harum nostrarum Constitutionum: potestatem nobis ac facultatem adimimus. mutandi amovendi Corrigendi addendi vel minuendi declarandi et interpretandi. quando temporis aut negociorum Conditio et ratio exegerint :—

Et quoniam nostre Intentionis est. mores Collegialium in melius Reformare et Conscientias eorum minime illaqueare. Ut scrupulosis animis Consulamus. Presenti Constitutione declaramus. has nostras Constitutiones ad penam duntaxat Corporalem et non ad Reatum peccati mortalis obligare. Preter illas in quibus periurii aut erroris pena exprimitur. et illas quarum transgressio sine peccato mortali esse non posset. Aut Siquis ex Contemptu earum transgressor extiterit. aut ubi in Constitutione exprimitur quod obliget in foro Conscientie

[margin: ... corporalem ... quasi ... in Constitutionibus ... ubi in foro conscientie]

Constitutio octuagesima quinta ubi Rogantur gubernatores et Rectores
civitatis hispalen(sis) ut Collegium faveant. et ipsum a malivolis et invaso-
ribus pro viribus sua tueantur. :—

Postremo quia status dicte domus. que forsitam ut in aliis Communitatibus
pro maiore parte evenit. tenuiores processu temporis habebit gubernatoris.
aliquando vacillabit. Si bonorum Potentiumque presidio ac favoribus non sus-
tententur. Rogamus dominos gubernatores ac Rectores huius nobilissime
ac fidelissime urbis in xpo ihu. et gloriosa eius genitrice virgine Maria.
quibus hec domus et Collegium dicata. et quorum insignis et Imaginibus insi-
gnita est. et quorum titulos gloriosos prefert. ut memores dei et officii
sui ac devotionis nostre qua hanc urbem. et eorum Cives. tum crebris ser-
monibus. tum consiliis et exemplis. Quatuor et viginti Annos non solum prosse-
cuti sumus. Sed opus supra vires nostras tante utilitatis erga hanc urbem
aggressi. ut perpetuo eius officio et munere devincti possemus. et Cum maximo
labore Impensis ac Rei familiaris angustia. Solius dei et beate virgi-
nis presidio freti. Qui nos in suis fovere et Iuvare solent Construximus
domum. dotavimus et pro paupertatecula nostra ad eorum gloriam quorum
munere gratia et favore admissi sumus. ad finem usque perduximus. pro
quibus omnibus nil aliud mercedis ab eis desideramus ac petimus. nisi ut
Anime nostre in suis orationibus sint memores. et ipsum Collegium uti-
rem pro beneficio urbis constructum. et honori atque utilitati urbis
et provincie pernecessarium pro viribus sua tueantur. et aliorum fam-
ilibus ac malignorum et insolentium fraudibus ac violentiis et oppressio-
nibus defendant faveantque et in suis necessitatibus. et ut reipublice
parti non spernende. quia ad dei Cultum et lumen doctrine illustrandi
urbi institutum est. suffragentur ei. Et ipsum foveant ac manuteneant.
Ne pro dolor sit collabatur. Quinimmo divina et eius genitricis. ac vestris
ac vestrorum favoribus opitulantibus. non solum in sua institutione per-
maneat. Sed de virtute in virtutem ac de bono in melius semper
convalescat. ad laudem et gloriam gloriose virginis Marie et xpi
ihu. qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per infinita secula
seculorum. Amen. :—

Constitutio octuagesima sexta de licentia augmentandi unum

Si est inter [illegible] ei. et [illegible]
[illegible]

Collegialem vel unam capellaniam ultra predictum numerum . et Recipi
endi nepotes suos ad ingressum Collegij certo modo ——

nepotes

Item Cupientes bona bonis addere et additum pia cogitantibus indulge
re ut uberiores plantem agro domini in dies crescant et ut denique eiusdem
xpi charismata in via domini consultiores nostros mittemus Sancimus et ordi
namus quod quicumque zelo domus dei motus annexuerit vel unierit huic Colle
gio aliquod beneficium simplex vel pontificale vel prestimonium . aut
prestimonialem portionem vel duo . Ex unius vel ex quorum Redditibus
fructibus et proventibus singulis annis ipsi Collegio Duodecim millia mo
netarum aut in Auro Triginta ducati . seu bona temporalia in posse

dotas

ssionibus aut tributis vel censibus aut iuribus eiusdem valoris . Collegium
Recipiat dicta beneficia vel bona temporalia & tribuat tali do
tatori ius presentandi unum Collegialem de genere suo descendentem in
perpetuum . Qui presentatus debeat esse idoneus ad literas . et ea etate litte
ratura ac qualitate quas debere habere alios Collegiales admittendos
disposuimus . Insuper volumus quod talis presentatus per talem dotatorem
excipiatur benigne a Collegio et tractetur ac habeatur in omnibus
sicut ceteri Collegiales . Quod si dotator dum vixerit presentaverit quem
piam non habentem qualitates secundum hec statuta requisitas . Mo
neatur a Rectore et Consiliarijs ut presentet alium idoneum . quem
si non habuerit possit presentare Aliquem non de genere suo quem
voluerit Dummodo talis per eum presentatus eum cognoscat benefactorem
et pro eo oret et pro animabus maiorum suorum . Quo patrono vita functo
eligat Collegium suo nomine unum Collegialem quando locus vacave
rit de cognatione sua si idoneus fuerit inventus . Secundum qualitates
in dictis Constitutionibus expressas . Quod si non fuerit Repertus provide
atur de illa prebenda alteri nomine talis patroni . Ita quod talis locus
nomine illius patroni sit dictus & pro eo tamquam pro benefactore ta
lis Collegialis semper orabit Si vero duo vel plures de genere talis
dotatoris vacanti loco se opposuerint . Ille qui examine et arbitrio
Rectoris et Consiliariorum aptior fuerit iudicatus habeatur electus
Super quo iudicio eorum conscientias oneramus . ;

Hec scripta [illegible] ad ingressum Collegij certo modo . et
[illegible] de mandato [illegible] valeat [illegible]

Proviso quod tales presentati non eligantur modo supra disposito in — de dicto l. in selectione
electionibus collegialium. Sed solum fiat examen an sint gramatica
et litterarum cupidi et apti et bonis moribus prediti. Et iurent se ecclesiasticos — vi. co[n]sti. d[omi]ni m[a]-
fore :~ — gri navarro
Item si quis voluerit simili ut dictum est dote instituere capellaniam.
Accipiet collegium dotem et obliget se perpetuo ad cantandum eam
ita quod talis missa celebretur diebus festis in altari maiori, in sacristia — capellania
diebus lectivis :~
Si quis vero dicto precio triginta ducatorum importatis redditibus bene-
ficiorum vel possessionum voluerit dotare aliquam cathedram vel lec- — cathedram
turam in quavis facultate. Ultra meritum quod a Domino consequetur
volumus quod accepta tali dote et collegium faciat ei unum anniver-
sarium singulis annis in die sue depositionis secundum morem quem
tenet Sancta Hispalensis Ecclesia. Et sit particeps omnium meritorum
que in collegio fiunt :~
Preterea quia preceptum domini per Esayam prophetam est. Carnem
tuam ne despexeris. et similiter Apostolus ait. Si quis suorum et maxime
domesticorum curam non habet. fidem negavit. et infideli deterior
est. Considerantes quod hoc collegium solo dei gratia et misericordia ad-
iuti a solo edificavimus. et omnia bona nostra tam spiritualia quam temporalia
ei qua potuimus liberalitate ob ihesum xpistum et virginem Mariam eius
gloriosam genitricem impartiti sumus. Ac omnia que poterimus dum
spiritus hos reget artus conferemus. Denique cum e vita excesserimus
collegium ipsum universalem relinquemus heredem. Unde dignum et
iustum arbitrati sumus. quum etiam hoc agere ex pietatis et bene ordinate
elemosine non abhorreat. ut aliquam fructus utilitatisque porcionem
[illegible] nobis [illegible] relinquamus. Quapropter constituimus et ordi-
namus quod ex descendentibus a quinque fratribus germanis meis videlicet — [illegible]
Joanne. Alfonso. Didaco. Antonio. Ludovico a Sanctaella. modo de-
scendant per lineam masculinam: modo per femeninam. Nos dum
vixerimus possimus eligere quattuor pueros. scilicet unum vel duos aut plures
ex una domo. prout idoneos et litterarum cupidos reperierimus. Postquam

autem nos fuerimus vita functi. Volumus quod quattuor maiores natu viri
vel in virorum deffectu femine Descendentes a dictis Quinque germanis nostris
habeant Jus presentandi vnum pro singulo vel singula patrona de filys suis
quos si quis eorum non habuerit. possit presentare de filys aliorum a quinque
prenominatis descendentium. et Casu quo nullus fuerit Inventus aut
non fuerit habilis. possit presentare vnum de genere nostro propinquiorem
et aptiorem. Si vero generatio Alicuius dictorum quinque germanorum nostrorum
deffecerit. Maior natu ex predictis germanis nostris descendens in Jure
presentandi pro illo vel alys deffitientibus succedat. Si vero omnium quinque
generationes deffecerint visitatores [illegible] Collegy inferius nomina-
di. habeant Auctoritatem [illegible] generatione vel agnatione
vsque ad dictum numerum [illegible] . qui benigne ex[illegible] et hu-
mane tractari debeant gratitudinis ac vrbanitatis gratia per Rec-
torem et Consiliarios [illegible] Collegio. Qui antequam Recipiatur
debeant scire legere [illegible] Competenter. et in Collegio debeant
educari. quo ad bonos mores et gramaticam Ita vt vadant ad Sco-
las sancti Michaelis ad gramatice Rudimenta apercenda et per
Rectorem ac Consiliarios deputetur eis in dictis scolis preceptor qui eos
diligenter erudiat et castiget Impensis Collegy. Qui etiam Rector
et Consiliary habeant curam paternam de eis. ac provideant de victu
et vestitu et ceteris necessarys Impensis Collegy. Ac visitent eos &
examinent cum proffitiant in litteris. et castigent si viderint expe-
dire. Qui etiam habeant potestatem. Si viderint quempiam eorum inep-
tum ad litteras vel dissolutum. & studere nolentem Ita vt de eo non ha-
beatur spes proffectus. Restituendi eum Parentibus suis vel his qui
eorum curam gerunt et Continuo Requirant Patronum vt loco illius
alium Collegio presentet. Qui vero ex his in litteris proffecerint. postquam
gramatice quod necessarium est et Dialethice Rudimenta percepe-
rint ad prima loca in sciencia Theologie vel Juris pontificy quam ele-
gerint vacantia transeant. & sine alia electione ceteris omnibus quo ad
dictum numerum quattuor prefferantur. Proviso quod quum Aliquis
eorum ad Altiorem vt prefertur locum Conscenderit. loco eius aliquis surro-

getur presentatus per patronum. Ita ut numerus quattuor consangui-
neorum premisso modo educandorum in Collegio nunquam augeatur vel decre-
scat dum poterint inveniri. :-

Preterea qui ex eis ad Altiorem scientiam assumpti fuerint in omnibus
subiciantur legibus Collegii quemadmodum ceteri Collegiales nulla ma-
iore prerogativa vel in minimo gavisuri. Excepto quod nemo eorum ad pro-
fitendum se fore Sacerdotem artetur iuramento. Insuper volumus quod si
quis eorum suis cursibus et profectibus ad gradum minorem vel maio-
rem conscenderit gratis gradum accipiat .s. Collegium eas impensas
faciat. Ut de Capellanis Collegii supra disposuimus. :-

Circa Paupertatem vero horum volumus quod is pauper Reputetur
qui non habuerit ex propriis Redditibus spiritualibus vel temporalibus aut si-
mul iunctis Quinquaginta duccatos annuatim. Etiam si pater aut
Mater ita sint Divites ut facultates eorum Aut alterius eorum Duorum
millium duccatorum summam attingant. Quam si excesserint filiis suis
provideant et Collegium pro pauperioribus liberum relinquant. Proviso
etiam quod propinquior minus propinquo et in pari gradu consanguinitatis
filius minus divitis aut magis pauperis ceteris paribus preferatur.
Additio etiam quod dicti Consanguinei tam Cives hispalenses quam alterius
cuiuscumque loci aut Civitatis orti aut oriundi et in quacumque etate in qua
spes professionis constiterit constituti existant Absque aliquo discriminis
Recipiantur. :-

Sequitur Bulla prima Institutionis dicti Collegii cum prerogativis et libertatibus Et Annexione Aliquorum
prestimoniorum. :-

Julius Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Priori mo-
nasterii Sancti Iacobi de Spata hispalensis. Et de Reyna Ac de Car-
mona Archidiaconis Ecclesie hispalensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie e-
manarunt a nobis litere tenoris subsequentis. Julius Episcopus servus ser-
vorum dei. Ad perpetuam Rei memoriam. Quoniam per litteras sui

est supra Rasum scriptum ... ubi sunt pauperioribus et [illegible]
linea ubi dicit cum prerogat[ivis] ... [illegible]

dia Christi fideles bonis moribus virtutibusque ornatur et quodam Roce celi respersi Sapientie & intellectus spiritum non asumuntur, et possunt postmodum cunctis opem sanioris consily. Dignum extimamus vos votis illis benigne charitatiue et oportuna subuentionis auxilia impendere perque xpi fideles huiusmodi laudibus studys comodius insistere possint. Dudum siquidem omnia prestimonia et prestimoniales portiones ac simplicia ceteraque beneffitia ecclesiastica apud Sedem apostolicam tunc vacantia & inantea vaccatura collationi et dispositioni nostre Reseruauimus. Decernentes extunc irritum et inanne sisecus super his aquoque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari. Cum itaque postmodum vnum seu vna Pontificale nuncupatum de Alocace et gomezcardena. Ac aliud seu alia in eisdem necnon Reliquum seu reliqua in Sancti Laurenty hispalen ac aliud seu alia Pontificale etiam nuncupatum in Sancti nicolai del puerto ac aliud seu alia in eisdem Sancti nicolai, necnon Reliquum seu reliqua in de la parra locorum ecclesiys hispalen et parendiocesis prestimonia seu prestimoniales portiones aut simplicia beneffitia per liberam Resignationem Dilecti filij Magistri Roderici de Sancta ella Archidiaconi de Reyna in Ecclesia hispalen Notarij nostri De illis que tunc obtinebat per Dilectum filium Joannem de Carmona clericum hispalen procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam. & per nos admissam. apud Sedem apostolicam vaccauerint et vacent ad presens nullusque de illis preter nos hac vice disponere potuerit siue possit. Reseruatione et decreto obsistentibus supradictis. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Roderici petitio continebat In ciuitate hispalen que inter alias ciuitates Regnorum hispaniarum Maior & notabilis et illius Ecclesia predicta inter alias cathedrales Ecclesias dictorum Regnorum insignis Metropolitana. In qua notabiles persone in numero copioso dignitates personatus Administrationes et officia canonicatus et prebendas

prestimonia

Ac portiones Aliaque beneffitia ecclesiastica Sibi obtinentes. Ac pueri
choriales in Arte Musice Instructi existunt. nullum studium ge-
nerale seu Collegium scolarium habens fuit. Et propterea tam pre-
dicti quam alij pauperes scolares et clerici dicte Ciuitatis et dioc. hispalen.
studere volentes ad diuersas Ciuitates predictorum et aliorum Francorum
Regnorum in quibus studium generale viget Ab eadem hispalen. Ciuitate
per Ducentum et triginta milliaria ad minus distantes. Et in mo-
do viuendi multum differentes. non sine personarum et rerum suarum ma-
ximo Incomodo et detrimento se conferre coguntur. Euenitque ut
Dicti pueri postquam ad prouectam etatem proueniunt. a Sacrorum ordi-
num promotione tanquam penitus illiterati et ignari Repelluntur.
Et minus idonei Reputentur. Et propter huiusmodi Repulsionem tanquam
Desperati aliter facere non valentes. ad profana et secularia officia
et exercitia se conuertant. Verum si in dicta Ciuitate hispalensi vna
Domus seu Collegium Scolarium pro vno Rectore et Duodecim vel
pluribus scolaribus. Ac vno vel pluribus Doctoribus seu Magistris.
qui eos in quacumque facultate instruere deberent construeretur et
edifficaretur. seu certa Domus seu Collegium per prefatum Rodericum
cum ad huiusmodi vsum fabricari Construi et edifficari incepta ad to-
talem perfectionem Redduceretur. Illique pro Rectoris Scolarium
Magistrorum Doctorum seruitorum et aliarum personarum in eo pro tem-
pore existentium. Ac vnorum vel plurium Capellanorum Sustentatio-
ne. Prestimonia seu prestimoniales portiones aut Simplicia be-
neffitia huiusmodi perpetuo vnirentur. Annecterentur et Incorporarentur.
pro fecto Rector Scolares Doctores Magistri seruitores et alie per-
sone in eodem Collegio Sostinendo huiusmodi Comodius se Sustentare vale-
rent. Pro parte dicti Roderici asserentis fructus Redditus et pro-
uentus prestimoniorum seu prestimonialium portionum aut bene-
ffitiorum huiusmodi. Centum et Quinquaginta ducatorum Auri de Came-
ra secundum Communem extimationem valorem Annuum non exce-

seu exprimit valor presti- monie

dere. Sed tam in Constructione domus Collegii huiusmodi quam pro illius dote
usque ad summam Duorum millium et quingentorum ducatorum Auri similium
vel circa de suis propriis bonis iam exposuisse. Ac dotem huiusmodi pro Recto-
ris scolarium Magistrorum Doctorum Capellanorum servitorum et aliarum
personarum Sustentatione & manutentione huiusmodi non Sufficere. Nobis
fuit humiliter supplicatum. Ut Domum seu Collegium in quo Rector
et Duodecim scolares vel plures aut duo Capellani vel plures. Ac servi-
tores esse. Eique pro eius dote et eorum Ac Doctorum et Magistrorum suste-
tatione et manutentione. Prestimonia seu prestimoniales portiones aut
beneficia huiusmodi perpetuo Applicare & appropriare. Aliasque in premi-
ssis oportune providere. De benignitate apostolica dignaremur. Nos igi-
tur qui dudum Inter alia voluimus quod in unionibus Commissio fieret. ad
partes vocatis quorum Interesset. Quique omnium bonarum artium dis-
ciplina et earum Collegia ac studia nostris potissime temporibus ubique vi-
gere et augeri supremis desideramus affectibus. Prefatum Rode-
ricum Aquibuscumque Excommunicationis. suspensionis & interdicti.
Aliis. ecclesiasticis sententiis censuris & penis a iure vel ab homine
quavis occasione vel Causa latis. Siquibus quomodolibet innodatus exis-
tit. ad effectum presentium dumtaxat Consequendum harum seri-
absolventes et Absolutum fore censentes. huiusmodi Supplicationibus In-
clinati. in dicta Civitate hyspalensi unam Domum seu Collegium per
Eundem Rodericum a fundamentis Inceptum Sed non dum fini-
tum in Collegium Scolarium pro uno Rectore et Duodecim vel pluribus
Scolaribus ac magistris et Doctoribus. necnon ad unum Altare Capella-
nie. nuncupatum Sub Invocatione beate Marie de Jhesu Constructum &
edifficatum Duas vel plures perpetuas Capellanias pro Duobus vel
pluribus perpetuis Capellanis presbiteris qui Inibi missas et alia divina officia
celebrare. Ac ipsorum scolarium ac aliarum personarum in dicto Collegio
existentium Confessiones audire & illis Eucharistie et alia
Sacramenta ecclesiastica sine Alicuius preiudicio etiam tempore Interdicti

ordinaria auctoritate apposita ministrare possint Dummodo ipsi causam non
dederint huiusmodi Interdicto et hoc non Contingat eis specialiter Interdici Auc
toritate apostolica tenore presentium erigimus et Instituimus. Ac illi pro ip
sorum ac Rectoris Scolarium Magistrorum Doctorum Capellanorum et aliarum
personarum eiusdem Collegii necessitatum subventione et illorum sustenta
tione et manutentione Dotem per prefatum Rodericum iam assigna
tam necnon prestimonia seu prestimoniales portiones aut beneficia hu
iusmodi sive premisso aut alio quomodo aut ex alterius Cuiuscumque
persona seu per simplicem dicti Roderici vel Cuiuslibet alterius resignatio
nem de illis in Romana Curia vel extra eam etiam Coram Notario pu
blico et testibus sponte factam vacent. Etiam si tanto tempore vacave
rint quod eorum vel earum Collatio juxta lateranen statuta Concilii ad sedem
prefatam legitime devoluta et prestimonia seu prestimoniales por
tiones aut beneficia huiusmodi Dispositioni apostolice specialiter vel alias
etiam ex eo quod dictus Rodericus illos vel illa olim obtinens Notarius
noster existit ut prefertur Et ut a Nonnullis asseritur fructuum et prove
ntuum Camere apostolice debitorum in partibus illis Collector seu venerius
Subcollector fuit generaliter Reservata ~~existant~~ et inter aliquos litis
statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat Indecisa. dum
modo eorum vel earum dispositio ad nos hac vice pertineat Cum omnibus
iuribus et pertinentiis suis eisdem Auctoritate et tenore perpetuo
unimus annectimus et Incorporamus. Ita quod liceat ex nunc dicto
Roderico nomine Collegii et deinde Rectori et Scolaribus pro tem
pore existentibus per se vel alium seu alios Corporalem prestimoniorum
seu prestimonialium portionum aut beneficiorum Iuriumque et pertinen
tiarum predictorum possessionem propria auctoritate libere apprehende
re et perpetuo Retinere Illorumque fructus Redditus et proven
tus in Rectoris scolarium Doctorum Magistrorum Capellanorum
servitorum et aliarum personarum huiusmodi Sustentationem Convertere
Diocesani loci et Cuiuslibet alterius licentia super hoc minime Requi
sita. Prefatum Rodericum quoad vixerit Et post ipsius Roderici

Et sit interlineas scriptum. Valeat super et Valeat alias

obitum Personam seu personas per eum nominandam seu nominandas Collegii et illius bonorum huiusmodi administrationem et patronum deputamus Ac sibi quecunque statuta et ordinationes sacris Canonibus non contraria pro Collegii Rectoris scolarium Magistrorum Doctorum Capellanorum ac aliarum personarum huiusmodi felici directione condendi et ordinandi facultatem Concedimus. que postquam Condita fuerint Auctoritate apostolica Confirmata censeantur eo ipso. Preterea Collegium Rectorem. Scolares Magistros Doctores Capellanos servitores et alias personas in eodem Collegio Conversantes audientes et legentes ab Archiepiscopi hispalensis pro tempore existentis Jurisdictione dominio potestate et illius Vicariis et officialibus totaliter eximimus. Itaque ordinarius Vicarius et officiales aliquam in Collegium Rectores scolares Doctores Magistros Capellanos servitores et alias personas huiusmodi res et bona. etiam ratione delicti contractus vel rei super qua agatur ubicunque Committatur delictum Jniatur Contractus aut res ipsa Consistat. aliquam Jurisdictionem exercere aut Superioritatem et auctoritatem habere non possint decernimus. Quodque Collegium Rector Scolares Magistri doctores Capellani et alie persone in illo pro tempore degentes. omnibus et singulis privilegiis prerogativis Jndultis facultatibus exemptionibus Jmmunitatibus et gratiis generalibus vel specialibus aliis Collegiis studiorum generalium dictorum regnorum in genere Concessis. et quibus in illis legentes Degentes audientes et Comorantes utuntur potiuntur et gaudent uti potiri et gaudere. Itaque in eodem Collegio studentes et audientes tamen in Artibus logica philosophia theologia Jure Canonico et civili Baccallariatus licentie Doctoratus et Magisterii gradus respective ad Instar aliorum studiorum generalium dictorum regnorum postquam Cursus suos fecerint Suscipere libere et licite possint et valeant. eadem auctoritate statuimus et ordinamus. Ac sibi desuper Concedimus et Jndulgemus. Non obstantibus voluntate nostra predicta. et felicis Recordationis Jnnocentii iiii. predecessoris nostri Contra exemptos edita. Que

eximuntur a iuris dictione ordinarii tam scolares quam ... et ... omnia capere ... in ... 48

hic fecit collegium universitatem

Incipit. Volentes. Ac Bonifacij viij Romanorum pontificum predecessorum nostrorum constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum hispalen et Gaditan. Quibus inter alia caueri dicitur quod nullus prestimonia seu prestimoniales portiones aut simplicia beneficia huiusmodi obtinere possit nisi ipsarum ecclesiarum hispalen actu prebendatus aut alias in illis perpetuus beneficiatus existat. quibus etiam si iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roborata fuerint quibus hac vice dumtaxat illis alias in suo robore permansuris specialiter et expresse derogamus. Contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de prestimonijs seu prestimonialibus portionibus ac huiusmodi specialibus vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint. Etiam si per eas ad inhibitionem reseruationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quasquidem litteras et processus habitos per easdem et inde secuta quecumque ad prestimonia seu prestimoniales portiones aut beneficia huiusmodi volumus non extendi. Sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prestimoniorum seu prestimonialium portionum simplicium vel beneficiorum aliorum preiuditium generari. Et quibuslibet alijs priuilegijs indulgentijs et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Prouiso quod prestimonia seu prestimoniales portiones aut beneficia propter vnionem annexionem et incorporationem huiusmodi debitis non fraudentur obsequijs. sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nos enim prout est irritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Absolutionis Erectionis Institutionis vnionis Annexionis Incorporationis Deputationis Concessionis exemptionis

Constitutionis statuti ordinationis induIti derogationis volunta-
tis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis aut
hoc attemptare psumpserit indignationem omnipotentis dei ac
beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum. Dat
Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice
Millesimo Quingentesimo quinto Quarto Idus July. Pontifica-
tus nri Anno Secundo. Quocirca Discretioni vre per aplica scrip-
ta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vrm per vos vel
alium seu alios. lras predictas et in illis contenta quecumque ubi
quando et quotiens opus fuerit. Ac pro parte Rectoris Rectoris
Scolarium et aliarum personarum hmoi desuper fueritis requisiti
eis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes facia-
tis eos et eorum quemlibet. Auctoritate nra pacifica possessione vel qsi
omnium et singulorum in eisdem lris contentorum gaudere. non
permittentes eos per loci ordinarium pro tempore existentem
aut quoscumque alios contra earumdem lrarum seriem et tenore
quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet
et Rebelles per censuram ecclesiasticam. Appellatione postposita
Compescendo. Invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachy
Secularis. non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aplicis.
Necnon omnibus alys que in dictis lris voluimus non obstare. Aut
si loci ordinary vel quibusvis alys communiter vel divisim ab
eadem sit Sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non
possint per lras aplicas non facientes plenam et expressam ac de
verbo ad verbum de indulto hmoi mentionem. Dat Rome apud
Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominice. Millesimo quin-
gentesimo quinto. Quarto idus July. Pontificatus nri anno secundo.

Bulla aplica secunda Collegy de anexione tenium beneficiorum et
aliarum facultatum et prerogativarum in eodem collegio concessarum

Approbo duas lineas ultimas istius folii supra a me scriptas

Julius Eps servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriã
Cum per litterarum studia xpi fideles bonis moribus virtutibusque
ornãtur. et quodã Rore celico respersi Sapiẽtie et intellectus spiri-
tum nãascuntur. prestentque postmodum cunctis opem Samoris con-
silij. Equum Reputamus et rationi Consonum. Nos votis illis beni-
gne oportune subvẽtionis auxilia impendere per que xpi fideles
huiusmodi laudibus ac studijs Comodius insistere valeant. Ac alias sta-
tuimus disponimus et ordinamus prout in dño Conspicimus salubri-
ter expedire. Dudum siquidem uno seu una pontificali nũcupato
de Albraz et gomez cardeña. et Alio seu alia in eiusdem. Ac re-
liquo seu reliqua in Sancti laurentij hispalen. Ac alio seu alia
etiã pontificali nũcupato in Sancti nicolai del puerto. ac alio seu
alia in eiusdem sancti nicolai. et Reliquo seu Reliqua in de la pa-
rra locorum hispalen et paren dioc prestimonijs seu prestimoniali-
bus portionibus aut simplicibus benefficijs per liberam Resigna-
tioẽm Dilecti filij. Magri Roderici de sanctaella Archidiaconi de
Reyna in Ecclia hispalen Notarij nri De illis que tunc obtine-
bat per certum procurem suũ ad id ab eo specialr constitutu in ma-
nibus nris sponte factam et per nos admissam Apud Sedem
aplicam vacantibus. Et pro parte Dicti Roderici nobis ex-
posito quod in Civitate hispalen que inter alias Civitates Regnorum
hispaniarum maior et nobilis. et illius Ecclia predicta inter
alias Cathedrales dictorum Regnorum insignis metropolitana
In qua notabiles persone in numero copioso Dignitates perso-
natus Administratioẽs vel officia Canonicatus et prebendas ac
portioẽs Aliaque benefficia ecctiastica inibi obtinentes. Ac pueri
chorales in arte musice instructi existunt nullum studium
generale seu Collegium Scolarium hactenus fuerat. Et propterea
tã predicti quam alij pauperes scolares et etiã dicte dioc et Civitatis
hispalen studere volentes. Ad diversas Civitates predictorum &

aliorum extraneorum Regnorum in quibus studium generale vigebat ab eadem
hispalen Ciuitate per ducenta triginta milliaria ad minus distantes et
in modo viuendi multum differentes. nam sine personarum et rerum suarum
maximo incomodo et detrimento se conferre cogebantur. Eueniebatque
ut dicti pueri postquam ad prouectam etatem peruenerant a sacrorum ordi-
num promotione tamquam penitus illitterati et ignari Repellebantur et mi-
nus idonei reputabantur. Et propter huiusmodi repulsionem tamquam despera-
ti aliud facere non valentes ad prophana et Secularia officia et exercitia,
se conuertebant. Et si in dicta Ciuitate hispalen vna Domus seu Collegium
scolarium pro vno Rectore et Duodecim vel pluribus scolaribus ac vno
vel pluribus Doctoribus seu Magistris qui eos in quacumque facultate instrue-
re deberent construeretur et edifficaretur seu certa domus vel Collegium
per dictum Rodericum ad huiusmodi usum fabricari construi et edifficari
cepta ad totalem perfectionem Redduceretur, illique pro Rectoris et
scolarium Magistrorum Doctorum seruitorum et aliarum personarum inibi pro
tempore existentium Ac duorum vel plurium Capellanorum sustenta-
tione Prestimonia seu prestimoniales portiones aut simplicia beneffi-
cia huiusmodi perpetuo vnirentur Annectarentur et incorporarentur. pro-
fecto Rector scolares Doctores Magistri seruitores et alie persone in
Collegio construendo huiusmodi comodius sustentari valerent. Nos eiusdem
Roderici in ea parte supplicationibus inclinati in dicta Ciuitate hispa-
len vnam domum seu collegium per ipsum Rodericum a fundamentis in-
ceptum sed non dum finitum in Collegium scolarium pro vno Rectore,
et Duodecim vel pluribus scolaribus et Magistris et Doctoribus. necnon
ad vnum Altare Capellam nuncupatum Sub inuocatione beate Ma-
rie de Jhesu Constructum et edifficatum duas vel plures perpetuas
Capellanias pro duobus vel pluribus perpetuis Capellanis presbiteris ad
nutum Rectoris et scolarium huiusmodi amouibilibus. qui inibi missas et
alia Diuina officia celebrare et ipsorum scolarium ac aliarum personarum
in dicto collegio existentium Confessiones audire et illis eucharistie
et alia ecclesiastica sacramenta sine alicuius preiudicio etiam tempore
interdicti ordinaria auctoritate appositi ministrare possent. Dummo-

do ipsi Causam nō dederint dicto Interdicto nec id Contigeret eis spe-
ciali Interdicti. Auctte aplica erexim⁹ et Instituim⁹. Ac illi pro eius dote
et Rectoris scolarium Magrorum Doctorum et Capellanorum ac aliarum per-
sonarum eiusdem Collegii necessaria subuentioe et illorum Sustentatioe &
Manutentioe. Dotem per ipm Rodericum ia assignatam. necnō pstimonia seu prestimoniales portioes aut simplicia beneffitia hmoi si-
ne per Resignatioem eandem siue alio quouismodo vacauerit. cu cor-
Iuribus et pertinentiis dicta auctte perpetuo vniuimus Annexuim⁹
et Incorporauim⁹. Ita quod liceret ex tunc dicto Roderico noie dicti
Collegii. et deinde Rectori et scolaribus pro tempore existentibus per
se vel alium seu alios Corporalem pstimoniorum seu portionu aut sim-
plicium beneffitiorum Iuriumque et pertinentiarum predictorum possessio-
nem propria auctte libere aprehendere et perpetuo Rettinere Ac
illorum fructus redditus et prouentus in Rectoris scolariu Magrorum doctorum
Capellanorum seruitorum et aliarum personarum hmoi sustentatioem con-
uertere. Diocesani loci et cuiusuis alterius licentia super hoc minime
requisita. Ac prefatum Rodericum quoad viueret et post eius obi-
tum personam seu personas per eum nominandam seu nominandas
Collegii et illius bonorum hmoi Administratorem et patroni seu ad-
ministratores et patronos deputauim⁹. Ac sibi quecunque statuta
et ordinatioes Sacris Canonibus non contraria pro Collegii Rectoris
scolarium Magrorum Doctorum Capellanorum et aliarum personarum hmoi
felici directione Condendi et ordinandi facultatem Concessimus
que postquam Condita forent dicta auctte Confirmata censerentur eo
ipso. Preterea Collegium Rectorem scolares Magros Doctors
Capellanos seruitores et alias personas in eodem Collegio mesantes
audientes et legentes ab Archiepi hispalen pro tempore existen-
tis Iurisdictioe dominio potestate et illius vicariis et offitialibus
totaliter exemim⁹. Itaque ordinarius offitialis et vicarii predicti ali-
quam in Collegium Rectorem scolares Magros Doctores Capella-
nos seruitores et alias personas res et bona hmoi. Etia Ratione

a 1ss

exemptio vniuersitatis rectoris et personarum aliarum a iurisdi. archiepi hispa

delicti contractus aut rei de qua ageretur ubicumque committeretur delictum iniretur contractus et res ipsa consisteret iurisdictionem exercere ac superioritatem et auctoritatem habere non possint. Quodque collegii rector scolares magistri doctores capellani et alie persone in illo pro tempore degentes omnibus et singulis privilegiis prerogativis indultis facultatibus exemptionibus immunitatibus et gratiis generalibus et specialibus aliis collegiis studiorum generalium dictorum regnorum in genere concessis et quibus in illis [illegible] degentes et commorantes [audientes] utebantur potiebantur et gaudebant uti potiri et gaudere. Itaque in eodem collegio studentes et audientes tam in artibus logica philosophia theologia iure canonico [illegible] Baccallariatus licentiature doctoratus et magisterii gradus respective ad instar aliorum studiorum generalium dictorum regnorum postquam cursus suos fecissent suscipere libere et licite possent et valerent statuimus et ordinavimus ac alia desuper concessimus et indulsimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Beneficia

Cum autem dictus Rodericus unum in Sancti Martini hispalen. et aliud in Sancti Mathei oppidi de Verian ac reliquum in de Salvatierra prefate hispalen. et pacen. diocesis parrochialibus ecclesiis perpetua simplicia beneficia ecclesiastica servitoria que obtinebat per dilectum filium Gundisalvum de la Parra archidiaconum de la Xarra in ecclesia pacen. procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum hodie in eisdem manibus nostris sponte et libere resignaverit. Nosque posteriorem resignationem huiusmodi duxerimus admittendam. nullusque de dictis servitoriis beneficiis preter nos pro eo quod nos dudum omnia beneficia ecclesiastica apud Sedem eandem tunc vacantia et inantea vacatura collationi et dispositioni nostre reservavimus. Decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari hac vice disponere potuerit sive possit. Reservatione et decreto obsistentibus supradictis. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte Roderici rectoris scolarium

[illegible] nter lineas scriptum ubi dicitur audientes valeat

Magrorum Doctorum Capellanorum servitorum et aliarum personarum predictorum petitio continebat. Si dicta servitoria beneficia Eidem Collegio seu domui perpetuo unirentur Annecterentur et Incorporarentur ex hoc profecto Rector scolares Magri Doctores Capellani servitores et alie persone predicte comodius sustentare et onera eis pro tempore incumbentia facilius perferre valerent. Pro parte Roderici Rectoris scolarium Magrorum Doctorum Capellanorum servitorum et aliarum personarum predictorum asserentium fructus redditus et proventus dictorum beneficiorum servitoriorum. Centum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedere Nobis fuit humiliter supplicatum ut dicta beneficia servitoria Eidem Collegio vel domui perpetuo unire Annectere et Incorporare ac aliis in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum predictam extimationem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur. Alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset. Rodericum Rectorem scolares Doctores magistros Capellanos servitores et alias personas predictas A quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti. aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes. ac fructuum Redditum et proventuum dicti Collegii seu domus verum Annuum valorem presentibus pro expresso habentes [illegible] huiusmodi Supplicationibus inclinati predicta servitoria beneficia sive per posteriorem Resignationem huiusmodi sive aliis quibusvis modis aut ex aliorum quorumcumque personis semper similem dicti Roderici vel quorumcumque aliorum resignationem de illis in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam [illegible] Si tanto tempore vacaverit quod eorum Collatio iuxta lateranensis statuta concilii ad Sedem eandem legitime devoluta ipsaque beneficia servitoria dispositioni Apostolice specialiter vel alias generaliter Reservata

-Iota valorem Beneficiorum, pro dimidia annata, Rome soluenda singulis quindenijs

existant. Et super eis inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa. Dummodo eorum dispositio ad nos hac vice pertineat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis Eidem Collegio seu domui perpetuo Auctoritate apostolica tenore presentium unimus annectimus et incorporamus. Ita quod liceat ex nunc Eisdem Rectori et scolaribus per se vel alium seu alios corporalem beneficiorum servitoriorum iuriumque et pertinentiarum predictorum possessionem propria auctoritate libere aprehendere et perpetuo Retinere. ac illorum fructus Redditus et proventus in suos Rectoris scolarium Magistrorum Doctorum capellanorum servitorum et aliarum personarum collegii et beneficiorum predictorum sustentationem conservationem et augmentum et non alios usus et utilitates convertere. Diocesanorum locorum et quorumvis aliorum licentia super hoc minime Requisita. non obstantibus voluntate nostra predicta. ac felicis Recordationis Bonifacii Pape viii predecessoris nostri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint. Etiamsi per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quas quidem litteras et processus habitos per easdem et inde secuta quecumque ad dicta beneficia servitoria volumus non extendi. Sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim qui de cetero perpetuis futuris temporibus Dignitates personatus et beneficia ecclesiastica etiam curam animarum habentia obtinentes et plures nunc et pro tempore per triennium in eodem collegio dumtaxat leges audire et in eis studere libere et licite valeant. Et

q. Collegium prestimonia prestimoniales portiões aut simplicia servi
toria predicta ac quecumque alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura
Eidem Collegio nunc et pro tempore perpetuo vel ad tempus quamvis
etiã apostolica auctore unita annexa et incorporata Ac ipsius Collegii res
et bona quecumque a quibusvis decimis subsidiis gravaminibus imposi
tionibus et oneribus. Etiam ad quarumcumque personarum etiã Regum et
Reginarum instantiã aut alias ac charitativis subsidiis tam per loco
rum ordinarios quam quoscumque alios etiã per nos et Sedem predictam aut
eius legatos etiam ex quibusvis urgentissimis et maximis causis et
cum quibusvis etiã Derogatoriarum derogatoriis fortioribus efficatio
ribus et insolitis Clausulis irritantibusque et aliis decretis in genere
vel in specie etiam nominatim Collegio prestimoniis prestimonialibus
portionibus aut simplicibus vel servitoriis et aliis beneficiis pre
dictis nunc et pro tempore ut prefertur unitis annexis et incor
poratis ac aliis rebus et bonis Collegii huiusmodi nunc forsan impositis
et pro tempore imponendis libera exempta et immunia sint et
esse censeantur nec illorum ratione vel causa aliquid solvere teneantur
nec ad illa quovis Collegium Rector Scolares Magistri Doctores Capella
ni servitores et alie persone huiusmodi invite compelli possint. Quodque omnes
et singuli qui in aliis universitatibus studiorum generalium cursus suos
os fecerint et hoc legitime probaverint in dicto Collegio
so[?] unum Repetitionem publicam faciendo et Rigorosum examen
subeundo in eodem Collegio quoscumque gradus si per examinatores
approbati fuerint recipere valeant. prefata auctoritate apostolica earum
dem tenore presentium statuimus determinamus et ordinamus. Insu
per ores [?] litteras predictas quoadhuc ut nedum Collegium Rector Scola
res Doctores, Magistri Capellani et alie persone degentes sed etiam
audientes vel consistentes in illo pro tempore omnibus et singulis
